



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

NIET UITLEENEN

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25


145 F 25

niet plakken

Boekband nr 1746 (G113)

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

PHILIPPVS CHIFFLETIVS
ABBAS BALERNENSIS,
Illuſtriſſimi
CLAVDII D'ACHEY
Archiepiſc. Veſontini
S. R. I. PRINCIPIS,
VICARIVS GENERALIS.

AD
Clariſſimum & doctiſſimum
virum
BALTHASARVM MORETVM.

[a] PII IV *Papæ lex eſt: Commentarios, annotationes, & cetera id genus in Concilii Tridentini Decreta, clerici, laici, néve ſcribunto, néve edunto; prudenter ſanè, & magno rei Chriſtianæ bono: etiam id palàm eſt, ſi ſcribendi facultas daretur, fore, ut vitio humani ingenii, quo quiſque nihil niſi quod ipſe fecerit rectum putat, hæc ipſa libertas* ἀταξίαν *potiùs ac tenebras pareret quàm lucem. Quocircà cùm hæc œcumenica Synodus Tridentina, quantum ſubſtringitur verbis, tantum diffundatur ſenſibus; nec tamen cuiquam liberum ſit ſuper hoc negotio animi ſui ſenſa patefacere; ita mihi perſuadeo hoc unum elaborandum eſſe, huic uni inſiſtendum, ut ſaltem ejus placita ac decreta, quæ quotidie manibus terimus, artis Chalcographicæ miniſterio diligenter excuſa, hoc etiam aſcititio ornatu commenden-*

a Bulla confirmat. Concilii.

tur, & ad ſui lectionem ſpectatores invitent. Sanè ſi ſponſam Chriſti Eccleſiam decet [a] non habere maculam neque rugam ; turpe eſt librum qui illius myſteria Spiritu ſancto dictante pertractet, maculis editione minùs accurate contractis erubeſcere. Multi quidem cum religionis & doctrinæ laude in hoc opere verſati ſunt; in quorum tamen editionibus multa, quibus opus non erat, invenias, deſideres non pauca: Paulus Manutius puros canones, & ipſo Concilii decreta præmiſit: [b] quibus deinde eruditorum virorum curâ breves adjectæ ſunt ad marginem annotationes: quæ tametſi Lectoris commodo ſatisfacere utcumque potuiſſent ; deſiderabantur tamen quatuor illæ & viginti Conſtitutiones, quas ex veteri Iure deſumptas, Synodus Tridentina verbis conceptiſſimis novas fecit, quæ quidem poſteà acceſſere, verùm non ſine inſigni vitio : nam ut taceam de Capitulo Cum in Cunctis, quod mutilum reciſo paragrapho Inferiora redditum eſt, quamvis diſertè citetur à Patribus Seſſ. 24. de reform. cap. 22. error ille haud paulò utique gravior videri poteſt, cùm ibidem ſtatuat Concilium, eos, qui ſtatis horis interfuerint, diſtributiones recipere, reliquos vero, quavis colluſione aut remiſſione excluſa, his carere debere, juxta Bonifacii VIII decretum, quod incipit CONSVETVDINEM, Quidam in appendice harum Conſtitutionum,

quam

a Epheſ. 5. b Ioan. Sotealli, & Hor. Lutii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

quam ad calcem Concilii rejecerant, capitulum Conſuetudinem, *de conſuetudine in 6. inter alias collocarunt, rati Patres Synodi hanc Bonifacianam præ oculis habuiſſe, atque adeò innovaſſe; cum tamen nihil ad rem faciat; quippe alteram laudarunt, cujus etiam initium eſt* Conſuetudinem, *tit. de Clericis non reſidentibus, in 6. Hæc enim planè ad mentem Concilii, mandat abſentibus non dari diſtributiones quotidianas, ſed his ſolùm qui interſunt divinis, non obſtante qualibet conſuetudine contraria. At hæc obiter de ratione vitii, quod in quaſdam editiones irrepſit: nunc ad inſtitutum redeo. Pius* IV, *cùm caviſſet, ne quis decreta Concilii auctoritate propria interpretaretur, ſi quid minus clarè dictum, aut expeditu difficilius in illis fortaſſis occurriſſet, quæſtionis nodum ſolo Sedis Apoſtolicæ judicio reſolvi voluit. Aliorum deinde* [a] *Pontificum auctoritate inſtituta Cardinalium Congregatio, qui conſulta eadem Sede Apoſtolica de jure reſponderent. Itaque Tridentina Synodo per univerſum orbem Chriſtianum promulgata, multæ ſtatim dubitationes propoſitæ, multæ etiam à Cardinalibus reſponſiones datæ; quas quidam paulatim collectas unà cum Decretis Concilii ediderunt. fortaſſis quia tum fuere* * *viri docti, qui ita exiſtimarent, horum ſententias & opiniones, quemadmodum apud antiquos*

a Gregorii XIII, & Sixti V.

* Nicol. Garcias de Beneficiis, in præfat. tom. I, & alii.

tiquos reſponſa Prudentum, eam auctoritatem tenere, ut judici recedere à reſponſo eorum non liceret. Verùm hodie Vrbani VIII *Papæ lex eſt,* [a] his declarationibus Sacræ congregationis Concilii, nullam fidem eſſe in judicio, vel extra, à quoquam adhibendam, ſed tantum illis, quæ in authentica forma ſolito ſigillo, & ſubſcriptione Eminentiſſimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarii ejuſdem ſanctæ Congregationis, pro tempore exſiſtentium, munitæ fuerint. *Quare illarum editio tenues admodum fruges parit. Paucis abhinc annis prodiere in lucem Concilii Decreta novis declarationibus conſerta, ac pereruditis Roberti Cardinalis Bellarmini* obſervationibus doctrinæ *illuſtrata. In hac editione, quæ paſſim mendis typographicis adſperſa eſt, requirunt nonnulli, præter alia, neceſſariam prorſus ad Concilii Decreta appendicem, videlicet* XXIV *Conſtitutiones ab illo ſpeciatim innovatas, & eam quam Pius* IV *edidit de forma juramenti profeſſionis Fidei.*

At vero de Auguſtini Barboſæ prolixis admodum remiſſionibus quid dicam? utiles illæ quidem, & quæ auctorem ſuum commendant; verùm præterquam quod ſi decretis Concilii adjungantur, molem faciunt, rerumque ſeriem identidem interrumpunt; quotidie experimur in hoc laudandorum Auctorum negotio, in quo notis Arabum & Græcis elementis perquam exiguis

a Decretum Vrbani VIII. 2 Auguſti, 1631.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

exiguis tota res agitur, typographorum vel accuratiſſimorum induſtriam falli.

Quorſum, inquies, hæc jam inde à principio ſuſcepta narratio? ut cùm, quid hactenus in hoc opere præſtitum ſit, perſpexeris, aut jam ante perſpectum memineris, quid novi in eo illuſtrando induſtria tua conferre poſſit, intelligas. Quamobrem, quoniam ſat multas habemus editiones declarationum, obſervationum & remiſſionum; optandum foret, puros canones & nuda Concilii decreta, ad Romanum exemplar recenſita, ſeorſim Regio tuo Chalcographio excudi, ac minori quidem ceteris forma, ut facile & ſine moleſtia circumferri poſſent: ea ſunt etenim quæ quotidie legi mereantur, imò numquam de manibus noſtris deponi; ut, [a] *præcipiente Gentium Apoſtolo, ex aſſidua illorum perluſtratione obtineamus* eum qui ſecundum doctrinam eſt fidelem ſermonem, & potentes ſimus exhortari in doctrina ſana, & eos qui contradicunt arguere. *Sunt enim hac tempeſtate non pauci, qui quod aliàs de Neſtorio ejuſque ſequacibus dixit* [b] *Cyrillus Alexandrinorum Antiſtes:* ἀδικοῦσι τῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων τὸ ἱερό-τατον κάλλος, καὶ τὴν ἁγίαν τε καὶ πάναγνον ῥυπ-δοῦσι παρθένον, εἰς ἀκαλλῆ σταθερότητα τῶν ἰδίων αὐτὴν καθορμίζοντες ἐννοιῶν καὶ ξένων ἡμῖν εὑρημάτων ἐπιτειχίζοντες ὄχλον. Dogmatũ Eccleſiæ ſacratiſſimum decorem violant, & ſan-

a Ad Titum 1. b Lib. 1. contra Neſtorium.

& ſanctam & caſtiſſimam virginem rugis maculant, dum illam in turpem ſenſuum ſuorum vanitatem deducunt, & novorum commentorum turbam nobis quaſi murum objiciunt. *Neque tamen tam præciſum opus eſſe velim, ut quidquam neceſſariis ſubducatur. Præcedat oportet Bulla Pauli Papæ III. (nam hanc in multis editionibus deſiderari haud libenter ſuſtineo) quæ de ratione ac fine convocati Concilii compendioſa narratione Lectorem certiorem faciat. Viri quidam docti operæ pretium ſe facturos putarunt, ſi ſervatum in Patrum Seſſionibus ordinem inverterent; ac primum univerſam ejus materiam Antonius Philotheus de Homodæis Siculus in ſex libros diſtinctam prælo mandavit; dein Petrus Vincentius de Marzilla, diverſa ab illo ratione Rubricas ſeu titulos Iuris canonici, quantum potuit, fideliter oſervavit, & decreta Concilii ad tria Inſtitutionum Imperialium capita revocavit; ad res videlicet, perſonas, & actiones. Verùm, ſicuti ego exiſtimo, præſertim ſi inſtituti noſtri ratio ſpectetur, Concilium Tridentinum eo ordine debet legi quo ſcriptum eſt. In gratiam tamen pragmaticorum, brevem expeditamque Methodum legendi decreta de Reformatione in ipſo Concilii capite collocandam duximus: quam ita commodam cenſet & laudat Illuſtriſſimus Mechlinienſium Archipræſul Iacobus Boonen, ut cùm*

ejus

*us Auctor ignoretur, non indigna videri poſ-
, quæ ſub tanti Paſtoris nomine innoteſcat.
aque litteras indictionis Concilii ſequantur
ordine quinque & viginti Patrum Seſſio-
s, videlicet Pauli* III, *decem, Iulii* III, *ſex,
ii* IV, *novem; & cujuſque paginæ faſtigium
æferat quid in eâ doceatur; ut Lectori De-
eta Concilii cognoſcere properanti omnia in
pedito ſint. Singulis capitibus, in quibus de
ctrina Sacramentali aliâve tractatur, bre-
s tituli; decretis verò de Reformatione no-
a argumenta præfigantur litteris longiuſculis
ſtincta, quibus Italicis nomen eſt. Accedant
æterea charactere non abſimili, ſed tamen
inori, ad marginum annotationes, quæ ve-
ſtè & cum ſummâ diligentiâ aptentur &
teant: has etenim in ſuperioribus editioni-
us mendis ſcatentes, & in locis quampluri-
is longè ab alveo fœde ſtagnantes, ad ſuos
ntes non ſine magno labore reduximus, &
unde locupletavimus; ut ſi quis accuratior
erit, certiori quàm antehac fide ad origines
verſus, intelligat Patres Concilii non tam no-
a poſteris tradere, quàm à majoribus accepta
ferre. tametſi diffitendum non ſit, operam eos
diſſe ut nonnulla hactenus indeciſa dirime-
nt, quædam minus perſpicua explicarent;
i temporis hæreſes ferirent anathemate, pra-
as exſcinderent conſuetudines; demum reme-
a morbis convenientia adhibentes, ſanam*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

pro viribus morum reformationem inducerent. Addidimus inſuper prioribus notis breves remiſſiones ad poſteriores Summorum Pontificum Bullas, quæ ad Concilii elucidationem nonnibil faciunt, ejuſque decreta vel temperant vel interpretantur, & jus noviſſimum conſtituunt. Sequitur ut publica fides, ſæpiùs in Concilio Proteſtantibus data, quam ſalvum conductum vocant, ſuis locis inſeratur; ut inſcitiæ male ſibi conſciæ, atque inſantiſſimæ notam male feriati homines iſti ſuſtineant, qui adulterinis doctrinis Eccleſiæ pudicitiam corrumpere, & veritatem Euangelicam violare conati ſunt. Poſtremò muniatur de more Concilium Bullâ confirmationis Pii IV. nec reliquas pigeat annectere, ex quibus utilitas maxima conſequetur, videlicet XXV Iuris veteris Conſtitutiones, præfixo earumdem pagellæ unius indiculo: alias item quatuor Pii Papæ IV, quibus forma juramenti profeſſionis Fidei præſcribitur; tempus, ex quo Concilii Decreta obſervari debeant, declaratur; octo Cardinales, qui huic negotio invigilent, eliguntur; ac demum privilegia, exemptiones, facultates, & alia id genus abrogantur, quæ quocumque modo Concilii Decretis adverſari potuiſſent. Has autem cùm veteres, tum novas, ſi primùm omnium excuſas litterâ numerali more Romanorum notaveris; quò poſteà in decurſu editionis, ubi opus erit, cujuſque pagina certiùs adnotetur; operæ

pretium,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

etium, remque uti ſpero Lectori gratam fece-
. Quantum attinet ad indicem librorum pro-
bitorum, non eſt inſtitutæ hujus editionis tam
aſta ingredi; ſolas tamen decem Regulas pau-
paginis concludere nihil vetat, quibus veluti
ydio lapide boni à malis ſecernantur. Præter-
ſummopere cuperem his omnibus ſuperinduci
ieronymi Ragazoni orationem, quam habuit
ultima Seſſione, antequam Patrum Comitia
lverentur; ut, cùm quis doctrinam Concilii
nitus imbiberit, aut ſane illius Decreta fami-
ariter noverit, hic recognoſcat quæ ibi legerit;
t enim ἀνακεφαλαίωσις *ſive ſumma totius*
i in Concilio pertractatæ. cui etiam nomina
rum, qui ſub Pio IV. Concilio interfuerunt,
on inutile erit apponere. inter quæ plurima
merè corrupta, è temporis hiſtoriâ, necnon
larorum virorum elogiis pro cujuſque dignitate
eſtituimus, & brevibus obſervationibus ſpar-
im interpunximus. Univerſo tandem operi in
unc modum ad finem uſque perducto indices
uatuor ſubjungentur, Decretorum, Capitulo-
um, Extravagantium juris noviſſimi quæ in
nnotationibus citantur, Rerum denique &
verborum.

Ceterùm de ipſa editione typis elegantiori-
ous exornanda ad te, quod ſcribam, nihil ha-
beo; ſcio etenim fore, ut cum illa præclare aga-
ur, dummodò ex officina tua prodeat: ſed
ut corpus illud per ſe elegans ac venuſtum nullo
prorſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

prorſus externo cultu amictuque deſtituat, trium Summorum Pontificum imagines in capite ejus partis Concilii collocandas eſſe cenſ, quam illi celebraverint. horum enim incredibili labore atque conſtantia coactum Tiden. Concilium, aliquando intermiſſum, diſtractu varie atque divulſum, ſumma tandem omnium Ordinum ac nationum voluntate abſolutum eſt; ita ut præſtantiſſimi hujus operis auctores meritò cenſeri poſſint, cùm etiam eorum ſit illa vox: Omnia noſtra facimus quibus auctoritatem noſtram impertimur. *Hanc ego, mi doctiſſime ac ſuaviſſime Morete, quam pridem animo conceperam novæ editionis deſignationem huic paginæ commiſi. Vide nunc obſecro, quanta te maneat apud Deum & homines gratia, ſi nobis aliquando morem geras, Vale. Bruxellis,* XVIII *Kal. Septembr. ipſo feſto Virginis in cælos Aſſumptæ,* M IↃC XXXIX.

ORDO

ORDO LEGENDI
ECRETA REFORMATIONIS
PER
CONCILIVM TRIDENTINVM
facta, diſtinctus per Titulos & Capita.

TIT. I.
fide.

CAP. I.	Seſſ.	Cap. refor.	pag.
facienda profeſſione fidei.			
git temporum Calamitas.	25.	2.	172
Proviſi etiam, *uſque*, Neminem.	24.	12.	149
CAP. II.			
impreſſione, expoſitione, & legitimo uſu S. Scripturæ.			
ſuper.	4. Poſt decretum de libris Canonicis.		14

TIT. II.
ſacrorum Canonum obſervatione.

CAP. UNIC.			
cuti publice expedit.	25.	18.	185

TIT. III.
e Conciliis Provincialibus & diœceſanis.

CAP. UNIC.			
rovincialia Concilia.	24.	2.	143

TIT. IV.
e his quæ univerſi cleri reformationem ſpectant.

CAP. UNIC.			
ihil eſt	22.	1.	114
uia vero.	14.	6.	82
uam turpe.	25.	14.	182
t paternæ.	ejuſ.	15.	183
ptandum.	ejuſ.	1.	171
dmonet, *uſque*, Illis vero.	ejuſ.	8.	177

Quicum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

	Seſſ.	Cap. refor.	P.
Quicumque de cetero.	7.	4.	
Cum Eccleſiaſticus.	24.	17.	

TIT. V.
De Epiſcopali functione.

CAP. I.
Qui, quales, & quomodo ad Epiſcopatum aſſumendi, & intra quod tempus conſecrandi.

	Seſſ.	Cap. refor.	P.
Ad cathedralium.	7.	1.	
Quicumque.	22.	2.	1
Si in quibuſlibet.	24.	1.	1
Ad majores.	7.	9.	
Eccleſiis	23.	2.	1

CAP. II.
De reſidentia & honeſtate Epiſcoporum.

	Seſſ.	Cap. refor.	P.
Eadem ſacroſancta.	6.	1.	
Cum præcepto, *uſque*, Eadem omnino.	23.	1.	1
Non poteſt.	25.	17.	1

CAP. III.
De beneficiorum pluralitate Epiſcopis prohibita.

	Seſſ.	Cap. refor.	P.
Nemo.	7.	2.	
Cum Eccleſiaſticus, *uſque*, Hæcque.	24.	17.	1
Quoniam pleræque, *uſque*, in parochial.	ejuſ.	13.	1
† Adhæc in poſterum, *uſque*, in iis.	ejuſ.	eod.	1

CAP. IV.
De officio Epiſcopi in prædicando.

	Seſſ.	Cap. refor.	P.
Quia vero	5.	2. in princ.	1
Prædicationis.	24.	4.	1

CAP. V.
De officio Epiſcopi in ordinando.

	Seſſ.	Cap. refor.	P.
Epiſcopi.	23.	3.	12
Quoniam	21.	1.	16
Ordinationes.	23.	8.	12
Epiſcopus.	14.	3.	8
Epiſcopus.	23.	9.	12

Nul

	Seſſ.	Cap. refor.	pag.
lli Epiſcopo.	6.	5.	36
quoniam	14.	2.	79
patibus, *uſque*, Nec ipſi.	23.	10.	126
ultates de promoven- o.	7.	11.	44
Nec ipſi, *uſque*, Pœnam uoque.	23.	10.	126
CAP. VI.			
officio, jure, & auctoritate Epiſcopi in viſitando.			
riarchæ.	24.	3.	143
neficia.	7.	7.	42
pitula.	6.	4.	36
æcumque in diœceſi.	21.	8.	108
corum Ordinarii.	7.	8.	43
æ alias.	24.	9.	147
cleſiarum Prælati.	6.	3.	36
iſcopi ut aptius.	24.	10.	147
nnes Eccleſiarum Præ- lati.	14.	4.	80
CAP. VII.			
officio, juriſdictione, auctoritate Epiſcopi in judiciis civilibus & criminalibus tam in foro conſcientiæ quam contentioſo.			
dem ſacroſancta, *uſque*, Cum igitur.	13.	1.	60
m proprie.	14.	Prœm.	79
uſæ omnes, *uſque*, Legati quoque.	24.	20.	157
exemptorum.	7.	14.	44
ſuper cum nonnulli.	14.	5.	81
oniam privilegia.	24.	11.	148
nnes Eccleſiarum Præ- lati.	14.	4.	80
æterea quia nonnulli.	ejuſ.	8.	83
Legati quoque, *uſque*, Præterea ſi quis.	24.	20.	157
Cum igitur rei crimi- num.	13.	1.	61
ſententia.	ejuſ.	2.	62
gati & nuntii.	22.	7.	116
eus, ab Epiſcopo.	13.	3.	62
Præterea ſi quis.	24.	20.	157
m vero tam.	13.	4.	62

Et

	Seſſ.	Cap. refor.	pa
Et quoniam.	ejuſ.	5.	
Liceat.	24.	6.	1
Apoſtolus monet.	ejuſ.	8.	1
Quamvis.	25.	3.	1
Quoniam.	ejuſ.	10.	1
Diſpenſationes.	22.	5.	1
In commutationibus.	ejuſ.	6.	ibi
Epiſcopi.	ejuſ.	8.	1
Adminiſtratores.	ejuſ.	9.	ibi
Cum ex notariorum.	ejuſ.	10.	ibi
CAP. VIII.			
Cauſa in Epiſcopos apud quos, & à quibus tractanda & ſuſcipienda.			
Quoniam vero.	13.	6.	
Teſtes.	ejuſ.	7.	ibi
Cauſæ.	ejuſ.	8.	ibi
Cauſæ.	24.	5.	14
TIT. VI.			
De juriſdictione ac poteſtate Capituli Sede vacante.			
CAP. UNIC.			
Capitulum.	24.	16.	15
Non liceat.	7.	10.	4
§. Pœnam quoque.	23.	10.	12
TIT. VII.			
De Parochis.			
CAP. I.			
Qui & quales creandi parochi.			
Inferiora beneficia.	7.	3.	4
Expedit maxime.	24.	18.	15
Præſentati.	7.	13.	4
Decernit.	24.	19.	15
§. Proviſi etiam, *uſque*, Neminem.	ejuſ.	12.	14
CAP. II.			
De reſidentia parochorum.			
Epiſcopis inferiores.	6.	2.	3
§. Eadem omnino.	23.	1.	12
§. In iis quoque.	24.	13.	15
CAP. III.			
De beneficiorum curatorum pluralitate prohibita.			
Quicumque de cetero.	7.	4.	4

Ordi-

	Seſſ.	Cap. refor.	pag.
rdinarii locorum.	ejuſ.	5.	42
um Eccleſiaſticus.	24.	17.	153
piſcopi, etiam.	21.	4.	104
CAP. IV.			
e unione beneficiorum, ſive curatorum vel non curatorum, cum curatis; ſive non curatorum, inter ſe.			
etiam.	21.	5.	104
In parochialibus, *uſque*, In iis.	24.	13. in med.	151
quia.	14.	9.	83
In unionibus.	34.	13. in med.	151
niones perpetuæ.	7.	6.	42
CAP. V.			
e officio Parochorum in prædicando, & Sacramenta adminiſtrando.			
Archipresbyteri, *uſque*, Quæſtores.	5.	2.	19
ædicationis, *uſque*, Idem.	24.	4.	145
fidelis populus.	ejuſ.	7.	146
uia illiterati.	21.	6.	105
CAP. VI.			
e Parochialibus Eccleſiis, earumque proventibus conſervandis.			
atuit ſancta Synodus.	25.	16.	184
ecernit ſancta Synodus.	ejuſ.	13.	182
um illud.	21.	7.	105
TIT. VIII.			
De Canonicis.			
CAP. I.			
ui & quales ad dignitates & Canonicatus Eccleſiarum tam Cathedral quam Collegiatarum, vocari & admitti debeant.			
am dignitates, *uſque*, Præterea.	24.	12.	149
atio poſtulat.	25.	5.	175

** CAP.

	Seſſ.	Cap. refor.	p:
CAP. II.			
De reſidentia Canonicorum.			
§. Præterea, *uſque*, Omnes vero.	24.	12. in med.	1
Cum beneficia.	21.	3.	1
Epiſcopi.	22.	3.	1
CAP. III.			
De Officio & moribus Canonicorum.			
Quicumque.	ejuſ.	4.	1
Omnes vero.	24.	12.	1
CAP. IV.			
De modo augendi præbendas æquo tenuiores.			
In Eccleſiis.	ejuſ.	15.	1
CAP. V.			
Canonicorum mali mores, quod Epiſcopi auctoritate corrigi poßint & debeant.			
In pluribus.	24.	14.	1
Capitula.	6.	4.	
Statuit ſancta Synodus.	25.	6.	17
TIT. IX.			
De vita Religioſorum.			
CAP. I.			
Qui, quales, quomodo ad beneficia regularia debeant promoveri.			
Regularia.	14.	10.	8
In electione.	25.	6. de Regul.	16
Abbatiſſa.	ejuſ.	7.	16
Cum pleraque.	ejuſ.	21.	17
CAP. II.			
De revocanda vita Religioſorum ad monaſticam diſciplinam.			
Quoniam.	ejuſ.	1.	16
In quacumque.	ejuſ.	15.	16
Nulla quoque.	ejuſ.	16.	16
Libertati	ejuſ.	17.	ibid
Anathemati.	ejuſ.	18.	16
Quicumque.	ejuſ.	19.	ibid
Quia vero.	14.	11.	8.

Prohi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

	Seſſ.	Cap. refor.	pag.
rohibet.	25.	4.	163
onifacii.	ejuſ.	5.	ibid.
emini.	ejuſ.	2.	162
oncedit.	ejuſ.	3.	ibid.
egularis.	ejuſ.	14.	167
enſuræ.	ejuſ.	12.	ibid.
ontroverſias.	ejuſ.	13.	ibid.
Ionaſteria Sanctimonialium.	ejuſ.	9.	166
ttendant.	ejuſ.	10.	ibid.
n monaſteriis.	ejuſ.	11.	ibid.
bbates.	ejuſ.	20.	169
Ionaſteria omnia.	ejuſ.	8.	165
æc omnia.	ejuſ.	22.	171

TIT. X.

De fideli adminiſtratione hoſpitalium.

CAP. UNIC.

urent Ordinarii.	7.	15.	44
Illis vero.	25.	8.	177

TIT. XI.

De Quæſtoribus eleëmoſynariis.

CAP. UNIC.

Quæſtores vero.	5.	2. in fin.	21
Cùm multa.	21.	9.	106

TIT. XII.

De Iure patronatus.

CAP. UNIC.

Nemo.	24.	12.	84
Non liceat.	ejuſ.	13.	ibid.
Sicuti legitima.	25.	9.	178

TIT. XIII.

De tollendis quibuſdam quæ omnium Eccleſiarum debitam adminiſtrationem evertunt aut dedecent.

CAP. I.

De tollendis regreſſibus & coadjutoriis.

Cum in beneficiis.	25.	7.	177

	Seſſ.	Cap. refor.	pa
CAP. II. *De tollendis locationibus bonorum Eccleſiæ quæ fiunt repræſentata pecunia.*			
Magnam Eccleſiis.	ejuſ.	11.	1
TIT. XIV. *De his qui ſunt initiandi ſacris.*			
CAP. I. *De tonſurandis & ad minores Ordines promovendis.*			
Prima tonſura.	23.	4.	12
Minores.	ejuſ.	11.	12
Ad minores, *uſque*, Hi vero.	ejuſ.	5.	12
Nullus prima.	ejuſ.	6.	ibid
CAP. II. *De promovendis ad majores Ordines.*			
§. Hi vero qui.	ejuſ.	5. poſt init.	12
Nullus in poſterum.	ejuſ.	12.	12
Subdiaconi.	ejuſ.	13.	12
Qui pie.	ejuſ.	14.	ibid
Cum non deceat.	21.	2.	10
Cum etiam.	14.	7.	8
Cum honeſtius.	ejuſ.	1.	7
Cum nullus.	23.	16.	12
Ut Sanctorum.	ejuſ.	17.	ibid
Quamvis presbyteri.	ejuſ.	15.	128
Facultates de non.	7.	12.	44
CAP. III. *De examine ordinandorum, & tempore ac loco ordinandi.*			
Sancta Synodus.	23.	7.	125
Ordinationes, *uſque*, Unuſquiſque.	ejuſ.	8.	126
CAP. IV. *A quo ſit quiſque ordinandus.*			
§. Unuſquiſque autem.	ejuſ.	eod. in med.	ibid.
Non liceat.	7.	10.	43
§. Pœnam quoque.	23.	10. ſub fin.	127

TIT.

	Seſſ.	Cap. refor.	pag.
TIT. XV.			
celebratione Miſſarum.			
CAP. I.			
his quæ in ea ſint obſer-anda, & quæ vitanda.			
nta cura.	22.	proxime poſt Canones.	112
CAP. II.			
moderando numero Miſſarum, certo caſu.			
ntingit ſæpe.	25.	4.	175
TIT. XVI.			
Clericis inſtituendis in heologia, & diſciplinis eo ucentibus, eorumque Seinariis erigendis.			
CAP. UNIC.			
em ſacroſancta, *uſque,* uia vero.	5.	1.	17
ñ adoleſcentium.	23.	18.	130
TIT. XVII.			
matrimonii reformatione, reſtrictione quorundam us impedimentorum, de ptoribus, vagis, & conbinariis, de libertate atrimonialis contractus, temporibus ſolemniter atrimonium celebrandi.			
bita novem, ordine ntinuo.	24	poſt Canones.	136
TIT. XVIII.			
his qui bona Eccleſiæ ſubahunt, aut ſibi ſumunt.			
CAP. UNIC.			
uem Clericorum.	12.	11.	118
n ſunt ferendi.	25.	12.	181
TIT. XIX.			
De ſublatis duellis.			

	Seſſ.	Cap. refor.	p.
CAP. UNIC.			
Deteſtabilis.	25.	19.	1
TIT. XX.			
De Officio Chriſtianorum Principum & Poteſtatum, in tuenda immunitate Eccleſiarum.			
CAP. UNIC.			
Cupiens.	ejuſ.	20.	1
TIT. XXI.			
De Officio eorumdem in recipiendo & obſervando, ac obſervari procurando decreta generalis Concilii Tridentini.			
CAP. UNIC.			
Tanta fuit.	ejuſ.	ſub finem.	1

Ex Concilio Nicæno.

Κωνσταντῖνος Σεβαστὸς ταῖς Ἐκκλησίαις.

ΑΝ ΕΙ ΤΙ Δ'ΑΝ ΕΝ ΤΟΙΣ
ΓΙΟΙΣ ΤΩΝ ΕΠΙΣΚΟΠΩΝ
ΥΝΕΔΡΙΟΙΣ ΠΡΑΤΤΕΤΑΙ,
ΟΥΤΟ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΘΕΙ-
Ν ΒΟΥΛΗΣΙΝ ΕΧΕΙ ΤΗΝ
ΝΑΦΟΡΑΝ.

Conſtantinus Auguſtus ad Eccleſias.

QVIDQVID IN SANCTIS
PISCOPORVM CONCILIIS
DECERNITVR, ID VNIVER-
VM DIVINÆ VOLVNTATI
DEBET ATTRIBVI.

PAV-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25



PAVLVS III, PONT. MAX.

NOMINE HUIUS PONTIFICIS CONCILIO PRÆSEDERUNT

Ioannes Maria Cardinalis Episcopus Prænestinus de Monte,
Marcellus Presbyter Cardinalis tit. S. Crucis in Ieruſalem,
Reginaldus S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis.

OMNES LEGATI DE LATERE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

BVLLA INDICTIONIS SACRI OECVMENICI ET GENERALIS CONCILII TRIDENTINI SVB PAVLO III. PONT. MAX.

PAulus Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei, ad futuram rei memoriam.*

Initio noſtri hujus Pontificatus, quem non
ob merita noſtra, ſed propter ſuam magnam
bonitatem, Dei omnipotentis providentia no-
bis commiſit, cernentes jam tum in quas per-
turbationes temporum, quotque incommoda
erum fere omnium noſtra Paſtoralis ſolicitudo & vigilia eſ-
et vocata; cupebamus quidem mederi Chriſtianæ Reipubl.
ıalis, quibus illa jamdudum vexata, & propremodum op-
reſſa eſt: ſed ipſi etiam, ut homines, *a* circumdati infirmi-
ate, ad tantum onus tollendum impares vires noſtras eſſe
entiebamus. nam cum pace opus eſſe intelligeremus ad libe-
andam & conſervandam à plurimis impendentibus periculis
empubl. omnia invenimus odiis & diſſentionibus plena, diſ-
entientibus præſertim Principibus iis inter ſe, quibus ſumma
erum pæne omnis à Deo permiſſa eſt. Cum *b* unum ovile, &
num Paſtorem Dominici eſſe gregis, ad integritatem Chri-
ianæ religionis, & ad cæleſtium bonorum ſpem in nobis
onfirmandam, neceſſarium duceremus; ſchiſmatis, diſſidiis,
æreſibus erat Chriſtiani nominis divulſa jam pæne & lace-
ata unitas. Cum tutam atque munitam ab infidelium armis
tque inſidiis Rempublicam optaremus; noſtris erratis, no-
raque cunctorum culpa, Dei videlicet ira peccatis noſtris
mminente, Rhodus fuerat amiſſa, Hungaria vexata, conce-
tum & meditatum contra Italiam, contraque Auſtriam &
llyricum terra marique bellum: cum impius & immitis ho-
is noſter Turca nullo tempore requieſceret; noſtrorumque
nter ſe odia & diſſenſiones, ſuam bene gerendæ rei occaſio-
em duceret. Igitur, ut dicebamus, in tanta hæreſum, diſſen-
ionum bellorumque tempeſtate, tantiſque excitatis fluctibus,
um eſſemus ad moderandam & gubernandam Petri navicu-
am vocati, nec viribus ipſi noſtris ſatis fideremus; primum
conjecimus in Domino cogitatus noſtros, ut ipſe nos nutri-
et, animumque noſtrum firmitate & robore, mentem con-
ilio ſapientiaque inſtrueret. Deinde, animo repetentes majo-
es noſtros, ſapientia admirabili & ſanctitatæ præditos, ſæpe
n ſummis Chriſtianæ Reipubl. periculis remedium optimum,
tque opportuniſſimum, œcumenica Concilia, & Epiſcopo-
um generales conventus adhibuiſſe; ipſi quoque animum ad
enerale habendum Concilium adjecimus; exquiſitiſq; Prin
ipum ſententiis, quorum nobis videbatur utilis in primis &

A oppor

a *Hebr.* 5. b *Ioan.* 10. c *Pſalm.* 54.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

opportuna ad hanc rem eſſe conſenſio, cum eos tunc non alienos ab hoc tam ſancto opere inveniſſemus, œcumenicum Concilium, & generalem eorum Epiſcoporum, aliorumque Patrum, ad quos pertineret, conventum in civitate Mantuæ indiximus, anno incarnationis Domini, ſicut litteris & monumentis noſtris teſtatum eſt, milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſeptimo, Pontificatus noſtri tertio, ad x. Kalend. Jun. inchoandum; ſpem prope certam habentes fore, ut, cum illic in nomine Domini eſſemus congregati; ipſe, *a* ſicut promiſit, Dominus in medio noſtrûm affuturus, & bonitate ac miſericordia ſua omnes temporum procellas, omniaque pericula Spiritu oris ſui facile depulſurus eſſet. Sed, ut ſemper inſidiatur piis actionibus humani generis hoſtis, primum, contra omnem ſpem, & exſpectationem noſtram, denegata fuit nobis Mantuana civitas, niſi aliquas conditiones ſubiremus ab inſtitutis majorum noſtrorum, & conditione temporum, noſtraque ac hujus ſanctæ Sedis, ac nominis eccleſiaſtici dignitate libertateque prorſus alienas; quas in aliis noſtris litteris expreſſimus. Quapropter alium invenire locum, aliamque deligere civitatem neceſſe habuimus: quæ cum non ſtatim nobis occurreret idonea & apta; ad ſequentes Kal. Nov. prorogare Concilii celebrationem fuimus coacti. Interim ſævus & perpetuus hoſtis noſter Turca, ingenti claſſe Italiam adortus, aliquod opida in litoribus Apuliæ cepit, vaſtavit, diripuit, prædas hominum abegit: nos in maximo timore, & periculo omnium, muniendis litoribus noſtris, finitimiſque auxilio juvandis fuimus occupati: nec tamen interea deſtitimus conſulere & hortari Chriſtianos Principes, ut de idoneo ad habendum Concilium loco quid ſentirent, nobis exponerent: quorum cum eſſent incertæ variæque ſententiæ, tempuſque diutius, quam erat opus, videretur extrahi; nos optimo animo, atque, ut arbitramur, etiam conſilio, Vincentiam elegimus, urbem copioſam, & Venetorum, qui eam nobis concedebant, virture, auctoritate, potentia cum aditum patentem, tum ſtationem omnibus liberam, atque tutam in primis in ſe habentem, ſed cum jam tempus longius progreſſum eſſet; novæque urbis electionem omnibus ſignificari conveniret, jamque Kalendæ Nov. appetentes facultatem hujus divulgationis excluderent; hiemſque eſſet propinqua: rurſus altera prorogatione tempus Concilii differre in proximum ſequens ver, Majique futuras Kalendas, compulſi fuimus. Qua re firmiter conſtituta atque decreta, cum & nos ipſos, & cetera omnia ad eum bene agendum, Deo juvante, celebrandumque conventum pararemus, plurimum reputantes intereſſe cum celebrationis Concilii, tum univerſæ Chriſtianæ Reipub. Chriſtianos Principes pace inter ſe & concordia conſentire; chariſſimos in Chriſto filios noſtros, Carolum Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, & Chriſtianiſſimum Regem Franciſcum, duo præcipua Chriſtiani nominis firmamenta atque ſubſidia, orare atque obſecrare inſtitimus, ut ad colloquium inter ſe, & nobiſcum una convenirent; quorum quidem apud utrumque litteris, Nuntiis, & à latere noſtro miſ-

ſis,

a *Matth.* 18.

is, ex venerabilium fratrum noſtrorum numero, Legatis,
æpiſſime egeramus, ut ex ſimultate & diſſidiis ambo in unum
œdus & piam amicitiam vellent convenire, labentibuſque
uccurrere Chriſtianis rebus: quarum ſervandarum cum eſſet
llis poteſtas à Deo præcipue tributa, ſi id non agerent, & ad
ommune Chriſtianorum bonum ſua conſilia non dirigerent,
acris & ſevera ratio eidem Deo ab ipſis reddenda eſſet. Qui
liquando precibus noſtris annuentes, Nicæam ſe contulere:
quo nos quoque longum iter, & ſenili ætati noſtræ vehemen-
er contrarium, Dei & pacis conciliandæ cauſa ſuſcepimus:
eque prætermiſimus interea, cum tempus Concilii præſtitu-
um, Kalendæ videlicet Majæ approquinquarent, tres Legatos
ummæ virtutis ac auctoritatis, à latere noſtro, de numero
orumdem fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium, Vincen-
iam mittere, qui initium Concilii facerent; Prælatoſque un-
dique venientes exciperent; & ea, quæ judicarent eſſe opus,
gerent & tractarent; quoad nos, ab itinere & negotio pacis
reverſi, omnia accuratius dirigere poſſemus. Interim vero in
illud ſanctum opus, maximeque neceſſarium, tractationem
videlicet pacis inter Principes, incubuimus, & quidem omni
animi ſtudio, omni pietate ac diligentia. Teſtis eſt nobis
Deus, cujus freti clementia, noſmetipſos itineris & vitæ pe-
riculo expoſuimus. Noſtra teſtis conſcientia, quæ nihil ha-
bet in hac re quidem, in quo nos arguat aut prætermiſſæ, aut
non quæſitæ ad pacificandum occaſionis. Principes ipſi teſtes,
quos tam ſæpe, tamque vehementer Nuntiis, litteris, Le-
gatis, monitis, hortatu, precibuſque omnibus obſecrave-
ramus, ut ſimultates deponerent, ut ſocietatem coïrent, ut
Chriſtianæ Reipub. in maximum & propinquum jam adductæ
diſcrimen, communibus ſtudiis & ſubſidiis opitularentur.
Jam verò teſtes illæ vigiliæ atque curæ, illi diurni nocturni-
que animi noſtri labores, graveſque ſollicitudines, quas ob
hanc rem & cauſam plurimas jam ſuſcepimus: nec tamen ad
optatum exitum noſtra conſilia & acta adhuc perducta ſunt.
Ita enim viſum Domino Deo eſt: quem tamen non deſpera-
mus aliquando optata noſtra benignius reſpecturum, ipſi qui-
dem, quantum in nobis fuit, nihil, quod eſſet noſtro Paſto-
rali officio debitum, in hac re omiſimus. Quod ſi qui ſunt,
qui actiones pacis noſtras in aliam interpretentur partem, do-
lemus quidem; ſed tamen in dolore noſtro gratias Deo omni-
potenti agimus, qui ad exemplum & doctrinam patientiæ no-
ſtræ ſuos *a* voluit Apoſtolos haberi dignos, qui pro nomine
Jeſu, qui pax noſtra eſt, contumeliam paterentur. Verum in
illo congreſſu colloquioque noſtro, quod Nicææ habitum eſt,
etſi peccatis noſtris impedientibus, inter duos Principes vera
& perpetua pax non potuit confici, induciæ tamen decenna-
les factæ ſunt: quarum opportunitate nos ſperantes & ſacrum
Concilium commodius celebratum iri, & deinde ex Concilii
auctoritate perfici poſſe pacem; apud Principes inſtitimus, ut
& ipſi venirent ad Concilium, & Prælatos ſuos præſentes du-
cerent, abſenteſque accerſerent. Qui cum de utroque ſe excu-
ſaſſent; quod & ipſis redire in regna ſua tum neceſſe eſſet, &

a *Actor. 5, in fine, & 2 Cor. 11. f. g.*

Prælatos, quos ſecum habuiſſent, itinere atque impendiis feſſos atque exhauſtos, recreari & refici oporteret; nos hortati ſunt, ut aliam quoque protogationem temporis habendi Concilii decerneremus. Qua in re concedenda cum eſſemus aliquantum difficiles, litteras interim à Legatis noſtris, qui Vincentiæ erant, accepimus, tranſacto jam, & longius præterito Concilii ineundi die, unum vix aut alterum ex externis nationibus Prælatum Vincentiam ſe contuliſſe. Quo nuntio accepto, cùm videremus eo tempore nulla jam ratione haberi Concilium poſſe, ipſis Principibus conceſſimus, ut differretur tempus agendi Concilii uſque ad ſanctum Paſcha diemque feſtum futuræ Dominicæ reſurrectionis. Cujus noſtri præcepti, exſpectationiſque decretæ litteræ Genuæ anno incarnationis Domini M D XXXVIII, IV. Kal. Jul. factæ publicatæque ſunt, atque hanc dilationem eo propenſius fecimus, quod pollicitus eſt nobis uterque Princeps Legatos ſuos Romam ad nos ſe miſſurum, ut ea quæ ad perfectionem pacis reliqua eſſent, neque Nicææ ob brevitatem temporis potuerant omnia confici, Romæ commodius coram nobis agerentur & tractarentur, & ob hanc rationem etiam à nobis ambo petierunt, ut hæc pacificationis procuratio Concilii celebrationi præponeretur, cum ipſum Concilium, pace facta, multo deinde utilius & ſalutarius Chriſtianæ Reipub. futurum eſſet. ſemper enim hæc pacis ſpes nobis injecta Principum nos voluntatibus aſſentiri hortata eſt: quam ſpem vehementer auxit poſt diſceſſum à Nicæa noſtrum ipſorum duorum Principum inter ſe benevola amicaque congreſſio: quæ maxima noſtra cum lætitia, à nobis intellecta, confirmavit nos in bona ſpe, ut tandem aliquando noſtras preces apud Deum exauditas, & vota pacis accepta eſſe crederemus. Hanc igitur pacis concluſionem cum & expeteremus & urgeremus; nec ſolum duobus antedictis Principibus, verum etiam chariſſimo in Chriſto filio noſtro Ferdinando, Regi Romanorum, videretur, actionem Concilii, niſi pace facta, ſuſcipi non oportere; cunctique à nobis per litteras ſuoſque Oratores contenderent, ut alias rurſus temporis prorogationes faceremus; præcipue autem inſtaret Sereniſſimus Cæſar, promiſiſſe ſe demonſtrans iis qui à Catholica unitate diſſentiunt, ſe operam ſuam apud nos interpoſiturum, ut aliqua concordiæ ratio iniretur; quod ante ſuam in Germaniam profectionem apte non poſſet fieri; Nos, eadem ſemper ſpe pacis, & tantorum Principum voluntate adducti, cum præſertim cerneremus, ne ad dictum quidem Reſurrectionis feſtum alios Prælatos Vincentiam conveniſſe; prorogationis nomen jam fugientes, quod tam ſæpe fruſtra fuerat repetitum, celebrationem generalis Concilii ad noſtrum & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum ſuſpendere maluimus: itaque fecimus, & de ſuſpenſione hujuſmodi litteras ad ſingulos ſupradictorum Principum decima die Jun. M D XXXIX dedimus, ſicut ex illis perſpicue poteſt intelligi. Ea itaque ſuſpenſione neceſſario per nos facta, dum tempus illud magis idoneum à nobis, paciſque aliqua concluſio expectatur; quæ & dignitatem poſtea, frequentiamque Concilio, & Chriſtianæ Reip. præſentiorem ſalutem erat allatura;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

ura; Chriſtianæ interea res in deterius quotidie prolapſæ ſunt. Hugaris, Rege ipſorum mortuo, Turcam vocantibus; Ferdinando Rege bellum in eos movente; Belgis ad defectionem à Cæſare ex parte quadam incitatis: cujus defectionis comprimendæ cauſa per Galliam amiciſſime, & cum Rege Chriſtianiſſimo concordiſſime; magno benevolæ inter eos voluntatis indicio tranſiens in Belgas Sereniſſimus Cæſar, & illinc deinde in Germaniam profectus, conventus Germaniæ Principum, & civitatum, tractandæ ejus, quam dixerat, concordiæ cauſa habere cœpit. Sed cum, ſpe pacis jam deficiente, ille quoque modus curandæ in conventibus tractandæque concordiæ ad majores potius diſcordias concitandas aptus eſſe videretur: inducti fuimus ad priſtinum Concilii generalis remedium reverti, idque per Legatos noſtros S. R. E. Cardinales, ipſi Cæſari obtulimus; quod etiam poſtremo, & præcipue in Ratiſponenſi conventu egimus, cum illic dilectus filius noſter, Gaſpar tit. S. Praxedis, Cardinalis Contarenus, ſumma doctrina & integritate Legatum noſtrum ageret. nam cum, id quod ne accideret, antea veriti eramus, ex ejus conventus ſententia peteretur à nobis, ut ab Eccleſia diſſentientium quoſdam articulos tolerandos declararemus, quoad per œcumenicum Concilium illi excuterentur, & deciderentur; idque nobis ut concederemus, neque Chriſtiana & Catholica veritas, neque noſtra, & Sedis Apoſtolicæ dignitas permitteret; palam potius Concilium, ut quamprimum fieret, proponi mandavimus. Neque vero in alia umquam ſententia & voluntate fuimus, quam ut primo quoque tempore Concilium œcumenicum & generale congregaretur. ſperabamus enim ex eo & pacem populo Chriſtiano, & Chriſtianæ religionis integritatem poſſe recuperari: verumtamen id cum bona gratia & voluntate Chriſtianorum Principum habere volebamus. Quam voluntatem dum exſpectamus; dum obſervamus tempus abſconditum, *a* tempus beneplaciti tui, ô Deus; aliquando tandem decernere compulſi ſumus, omne eſſe tempus beneplacitum Deo, cum de rebus ſanctis, & ad Chriſtianam pietatem pertinentibus, conſilia ineuntur. Quapropter videntes, maximo quidem animi noſtri cum dolore, rem Chriſtianam quotidie in pejus ruere, Hungaria à Turcis oppreſſa, Germanis periclitantibus, ceteris omnibus metu mœroreque afflictis: nullius jam Principis conſenſum exſpectare, ſed tantum Dei omnipotentis voluntatem, & Chriſtianæ Reip. utilitatem attendere conſtituimus. Itaque cum Vicentiam amplius non haberemus; cuperemuſque cum univerſæ Chriſtianorum ſaluti, tum Germanicæ nationis incommodis in eligendo per nos novo Concilii habendi loco conſulere; aliquotque locis propoſitis, ipſam Tridentinam civitatem ab ipſis deſiderari videremus: nos etſi in citeriore Italia commodius omnia tractari poſſe judicabamus; ad eorum tamen poſtulationes noſtram voluntatem paterna charitate defleximus. itaque Tridentum *b* civitatem elegimus: qua in civitate œcumenicum Concilium ad proxime venturas Kalendas Nov. haberetur: ido-

a *Pſal. 68.* b *In extrema Italiæ ora ſeu finibus Venetorum Germaniam verſus ſita eſt, amœniſſimo loco.*

idoneum locum illum ſtatuentes, quo ex Germania quidem aliiſque Germaniæ finitimis nationibus facillime, ex Gallia Hiſpania, ceteriſque provinciis remotioribus non difficilite Epiſcopi & Prælati convenire poſſent. Dies autem concilii e à nobis ſpectata eſt, quæ ſpatium in ſe haberet & publicand per Chriſtianas nationes noſtri hujus decreti, & facultatis omnibus Prælatis ad veniendum tribuendæ. Quo minus autem annuum tempus præfiniremus mutando Concilii loco, *a* ſicut quibuſdam conſtitutionibus alias præſcriptum eſt, ea res fuit in cauſa, quod longius extrahi ſpem ſanandæ aliqua in parte Chriſtianæ Reip. quæ tot detrimentis & calamitatibus affecta eſt, nolumus: & tamen videmus tempora agnoſcimus difficultates: quid ſperari poſſit ex conſiliis noſtris, incertum eſſe intelligimus. ſed quia ſcriptum eſt, *b* Revela Domino viam tuam, & ſpera in eo; & ipſe faciet: magis Dei clementiæ & miſericordiæ confidere, quam noſtræ imbecillitati diffidere, conſtituimus. ſæpe enim fit in bonis operibus incipiendis, ut, quod humana conſilia non valent, divina virtus efficiat. Hujus igitur ipſius Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, ac beatorum ejus Apoſtolorum, Petri & Pauli auctoritate, qua nos quoque in terris fungimur, freti atque ſubnixi, de venerabilium item fratrum noſtrorum, S. R. E. Cardinalium conſilio & aſſenſu, ſublata amotaque ſuſpenſione, de qua ſupra commemorarum eſt, quam per præſentes tollimus, & amovemus, ſacrum œcumenicum & generale Concilium in civitate Tridentina, loco commodo & libero, omnibuſque nationibus opportuno, ad Kalend. proximas Novembris, anni præſentis ab incarnatione Domini M D XLII. incipiendum, proſequendum, & eodem Domino adjuvante, ad ipſius gloriam atque laudem, & Chriſtiani totius populi ſalutem abſolvendum perficiendumque indicimus, annuntiamus, convocamus, ſtatuimus, atque decernimus: omnes omnibus ex locis tam venerabiles fratres noſtros Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & dilectos filios Abbates, quam alios quoſcumque, quibus jure aut privilegio in Conciliis generalibus reſidendi, & ſententias in eis dicendi permiſſa poteſtas eſt, requirentes, hortantes, admonentes, ac nihilominus eis vi jurisjurandi, quod nobis & huic ſanctæ Sedi præſtiterunt, ac ſanctæ virtute obedientiæ, aliiſque ſub pœnis, jure aut conſuetudine in celebrationibus Conciliorum adverſus non accedentes ferri & proponi ſolitis, mandantes, arcteque præcipientes, ut ipſimet, niſi forte juſto detineantur impedimento; de quo tamen fidem facere compellantur, aut certe per ſuos legitimos procuratores & nuntios, ſacro huic Concilio omnino adeſſe, & intereſſe debeant. Supra autem dictos, Imperatorem, Regemque Chriſtianiſſimum, nec non ceteros Reges, Duces, Principes, quorum præſentia, ſi alias umquam, hoc quidem tempore maxime ſanctiſſimæ Chriſti fidei, & Chriſtanorum omnium futura eſt ſalutaris; rogantes atque obſecrantes per viſcera miſericordiæ Dei, & Domini noſtri Jeſu Chriſti, cujus fidei veritas & religio, & intus & extra graviter jam oppugnatur, ut, ſi ſalvam volunt Chri-

a *Concil. Conſtantienſe Seſſ. 39.* b *Pſalm. 36.*

Chriſtianam eſſe Remp. ſi ſe Domino obſtrictos & obligatos pro maximis illius erga ſe beneficiis intelligunt, ne deſerant ipſius Dei cauſam & negotium; ipſimet ad ſacri Concilii celebrationem veniant, in quo ipſorum pietas atque virtus communi utilitati, ſalutique ſuæ, ac ceterorum, & temporali, & æternæ, plurimum eſt profutura. Sin autem, id quod nolemus, accedere ipſi non poterunt; at graves ſaltem viros Legatos cum auctoritate mittant, qui perſonam Principis ſui quiſque & cum prudentia & cum dignitate poſſint in Concilio referre. In primis vero ut id curent, quod ipſis facillimum eſt, ut ex ſuis cujuſque regnis ac provinciis Epiſcopi & Prælati ſine tergiverſatione & mora ad Concilium proficiſcantur, quod maxime quidem à Prælatis Principibuſque Germaniæ Deum ipſum, atque nos impetrare æquum eſt; ut cum eorum præcipue cauſa, ipſiſque cupientibus Concilium indictum ſit, & in ea civitate indictum, quæ ab eis eſt deſiderata, non graventur ipſi ſua cunctorum præſentia id celebrare, & ornare; quò melius atque commodius, quæ ad integritatem & veritatem Chriſtianæ religionis, quæ ad bonorum morum reductionem, emendationem malorum, quæ ad Chriſtianorum inter ſe tam Principum, quam populorum pacem, unitatem, concordiamque pertineant, & quæ ad repellendos impetus Barbarorum & infidelium, quibus illi univerſam Chriſtianitatem obruere moliuntur, ſint neceſſaria, Deo noſtris conſultationibus præeunte, & lumen ſapientiæ ſuæ ac veritatis mentibus noſtris præferente, agi in dicto ſacro œcumenico Concilio, & conſpirante omnium charitate conſuli, tractari, confici, ad optatoſque exitus deduci, quam primùm, & quamoptimè poſſint. Atque ut noſtræ hæ litteræ, & quæ in eis continentur, ad notitiam cunctorum, quorum oportet, perveniant: neve quis illorum ignorantiæ excuſationem prætendat, cum præſertim etiam non ad omnes eos, quibus nominatim illæ eſſent intimandæ, tutus forſitan pateat acceſſus, volumus, & mandamus, ut in Baſilica Vaticana Principis Apoſtolorum, & in Eccleſia Lateranenſi, cum ibi multitudo populi ad audiendam rem divinam congregari ſolita eſt, palam clara voce per curiæ noſtræ curſores, aut notarios aliquos publicos legantur, lectæque in valvis dictarum Eccleſiarum, itemque Cancellariæ Apoſtolicæ portis, & Campi Floræ ſolito loco affigantur; ubi ad lectionem & notitiam cunctorum aliquamdiu expoſitæ pendeant: cumque inde amovebuntur, earum nihilominus exempla in eiſdem locis remaneant affixa. Nos enim per lectionem, publicationem, affixionemque hujuſmodi, omnes & quoſcumque, quos antedictæ noſtræ litteræ comprehendunt, poſt ſpatium duorum menſium à die litterarum publicationis & affixionis, ita volumus obligatos eſſe atque adſtrictos, ac ſi ipſiſmet illæ coram lectæ & intimatæ eſſent, tranſumptis quidem earum, quæ manu publici notarii ſcripta, aut ſubſcripta, & ſigillo perſonæ alicujus Eccleſiaſticæ in dignitate conſtitutæ munita fuerint, ut fides certa & indubitata habeatur, mandamus, atque decernimus, Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ indictionis, annuntiationis, convocationis, ſtatuti, decreti,

creti, mandati, præcepti & obſecrationis infringere, vel auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præ ſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatoru Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Da tum Romæ apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Do minicæ M D XLII, XI Kalend. Jun. Pontificatus noſt anno VIII.

Bloſius.

Hier. Dand.

ESSIO PRIMA
SACROSANCTI OECVMENICI ET GENERALIS CONCILII TRIDENTINI, SVB PAVLO III. PONT. MAX. CELEBRATA DIE XIII. MENSIS DEC. ANNO DOM. MDXLV.

Decretum de inchoando Concilio.

Lacetne vobis, ad laudem & gloriam ſanctæ & individuæ Trinitatis, ıtris, & Filii, & Spiritus ncti, ad incrementum & taltationem fidei, & religios Chriſtianæ, ad extirpatioem hæreſum, ad pacem & ionem Eccleſiæ, ad reforationem Cleri & populi hriſtiani, ad depreſſionem exſtinctionem hoſtium hriſtiani nominis, decerne-, & declarere, ſacrum Tridentinum & generale Concilium incipere, & inceptum eſſe? *Reſponderunt*, Placet.

Indictio futuræ Seſſionis.

Et cum proxima ſit celebritas Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti; & ſubſequantur aliæ feſtivitates labentis & incipientis anni; placetne vobis primam futuram Seſſionem habendam eſſe die Jovis poſt Epiphaniam, quæ erit ſeptima menſis Jan. anno Domini MDXLVI? *Reſponderunt*, Placet.

ESSIO SECVNDA,
CELEBRATA DIE VII. MENSIS JANVARII MDXLVI.

ecretum de modo vivendi, & aliis in Concilio ſervandis.

Acroſancta Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitime congregata, ea præſidentibus eiſdem ibus Apoſtolicæ Sedis Legas, agnoſcens cum beato Jaobo Apoſtolo, quod *a* omne atum optimum, & omne doım perfectum deſurſum eſt, eſcendens à Patre luminum; ii iis qui poſtulant à ſe ſaientiam, dat omnibus affluenter, & non improperat eis; & ſimul ſciens, quòd *b* initium ſapientiæ eſt Timor Domini; ſtatuit, & decrevit, omnes & ſingulos Chriſti fideles, in civitate Tridentina congregatos, exhortandos eſſe, prout exhortantur, ut ſe à malis & peccatis hactenus commiſſis emendare, ac de cetero in timore Domini ambulare, *c* & deſideria carnis non perficere, orationibus inſtare, ſæpius con-

a *Iac.* 1. b *Prov.* 1. & 9. *Pſ.* 110. *Eccli.* 1. c *Galat.* 5.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

confiteri, Euchariſtiæ ſacramentum ſumere, eccleſias frequentare, præcepta denique Dominica, quantum quiſque poterit, adimplere, necnon quotidie pro pace Principum Chriſtianorum & unitate Eccleſiæ privatim orare velint; Epiſcopos vero, & quoſcumque alios, in ordine ſacerdotali conſtitutos, œcumenicum Concilium in ea civitate concelebrantes, ut aſſiduè in Dei laudibus incumbere, hoſtias, laudes, & preces offerre, ſacrificium Miſſæ quolibet ſaltem die Dominico, in quo Deus lucem condidit, & à mortuis reſurrexit, ac *a* Spiritum ſanctum in diſcipulos infudit, peragere ſatagant, facientes, ſicut idem Spiritus ſanctus per *b* Apoſtolum præcipit, obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro Sanctiſſimo Domino noſtro Papa, pro Imperatore, pro Regibus, & ceteris qui in ſublimatate conſtituti ſunt, & pro omnibus hominibus: ut quietam & tranquillam vitam agamus, pace fruamur, & fidei incrementum videamus. Præterea hortatur, ut jejunent ſaltem ſingulis ſextis feriis in memoriam paſſionis Domini, & eleemoſynas pauperibus erogent; in eccleſia autem cathedrali ſingulis quintis feriis celebretur Miſſa de Spritu ſancto, cum Litaniis & aliis orationibus ad hoc inſtitutis: in aliis vero eccleſiis eadem die dicantur ad minus Litaniæ, & orationes: *c* tempore autem quo ſacra peraguntur, collocutiones & conf bulationes non fiant: ſed o & animo celebranti aſſiſt tur. Et quoniam *d* opor Epiſcopos eſſe irreprehenbiles, ſobrios, caſtos, dom ſuæ bene præpoſitos; hort tur etiam, ut ante omnia qu libet in menſa *e* ſervet ſ brietatem, moderationemq ciborum; deinde cum in loco ſæpe otioſi ſermones ori ſoleant, ut *f* in ipſorum Epiſcoporum menſis divina rum Scripturarum lectio ad miſceatur: familiares ver ſuos unuſquiſque inſtruat & erudiat, ne ſint rixoſi, vino ſi, impudici, cupidi, elati blaſphemi, & voluptatum amatores; vitia demum fu giant, & virtutes amplectan tur; & in veſtitu, & cultu & omnibus actibus honeſta tem præ ſe ferant, ſicut dece miniſtros miniſtrorum Dei. Ad hæc, cum hujus ſacroſancti Concilii præcipua cura ſolicitudo & intentio ſit, ut propulſatis hæreſum tenebris, quæ per tot annos operuerunt terram, Catholicæ veritatis lux, Jeſu Chriſto *g* qui vera lux eſt, annuente candor puritaſque refulgeat & ea, quæ reformation egent, reformentur: ipſa Synodus hortatur omnes Catholicos hîc congregatos, & congregandos, atque eos præſertim, qui ſacrarum litterarum peritiam habent, ut ſedula meditatione diligenter ſecum ipſi cogitent, quibus potiſſimum viis & modis ipſius Synodi intentio dirigi, & optatum effectum ſortiri poſſit: quo maturius & conſultius

a *Actor.* 2. b 1 *Timoth.* 2. c *Infra Seßione* 22. *in Decreto de obſervandis in celeb. Miſſ.* d 1 *Tim.* 3. e *Tit.* 1. 1 *Tim.* 3. & *fin.* 2. *q.* 7. *cum ſim. Conc. Tol.* 3. *cap.* 7. *Conc. Rhemen. c.* 27. *Euſeb. in* 4. *Decr. & infra Seſſ.* 25. *cap.* 1. *de reform.* f *c. Pro reverentia. diſt.* 44. g *Ioan.* 1.

ſlus damnari damnanda, & ...banda probari queant; ut ...totum orbem omnes uno ... & eadem fidei confeſſione ...rificent Deum, & Patrem ...mini noſtri Jeſu Chriſti.

...n ſententiis vero dicendis, ...ta *a* Toletani Concilii ſta...um, in loco benedictionis ...ſidentibus Domini ſacer...ibus, nullus debeat aut ...modeſtis vocibus perſtre...re, aut tumultibus pertur...re; nullis etiam falſis va...ve aut obſtinatis diſcepta...nibus contendere: ſed quid...id dicatur, ſic mitiſſima ...borum prolatione temperetur, ut nec audientes offendantur, nec recti judicii acies perturbato animo inflectatur.

Inſuper ipſa ſacra Synodus ſtatuit, ac decrevit, quod, ſi forte contigerit aliquos debito in loco *b* non edere, & ſententiam, etiam ſub verbo, *Placet*, proferre, Congregationibus intereſſe, & alios quoſcumque actus facere, Concilio durante; nulli propterea præjudicium generetur, nullique novum jus acquiratur.

Deinde indicta fuit futura Seſſio ad diem Iovis, quartam menſis Febr. proxime venturi.

...ESSIO TERTIA, CELEBRATA DIE IV. MENSIS FEBR. MDXLVI.

Decretum de Symbolo fidei.

...N *nomine ſancta & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus ſancti.*

...Hæc ſacroſancta œcumeni... & generalis Tridentina Sy...odus, in Spiritu ſancto legi...me congregata, in ea præſi...entibus eiſdem tribus Apo...olicæ Sedis Legatis, magni...dinem rerum tractandarum ...nſiderans, præſertim ea...um, quæ duobus illis capiti...us, de extirpandis hæreſibus ...moribus reformandis, con...nentur, quorum cauſa præ...ipue eſt congregata, agno...cens autem cum *c* Apoſtolo, ...on eſſe ſibi colluctationem adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus ſpirituales nequitias in cæleſtibus, cum eodem omnes & ſingulos in primis hortatur, ut confortentur in Domino, & in potentia virtutis ejus, in omnibus ſumentes *d* ſcutum fidei, in quo poſſint omnia tela nequiſſimi ignea exſtinguere, atque galeam ſpei ſalutis accipiant, cum gladio ſpiritus, quod eſt Verbum Dei. Itaque, ut hæc pia ejus ſolicitudo principium & progreſſum ſuum per Dei gratiam habeat, ante omnia ſtatuit, & decernit, præmittendam eſſe confeſſionem fidei, *e* Patrum exempla in hoc ſecuta, qui ſacra-

a *Conc. Tolet. 11. c. 1. Conc. ...onſtant. Seſſ. 1. in princ. c. In ...co 5. q. 4. Vide & 4. Tolet. ...ap. 3.* b *Idem in concluſione ...epetitur. Epiſcopis forma præ...ſcripta eſt 1. Bracc. c. 24. &c. ...Epiſcopos 17. diſt.* c *Epheſ. 6.*

d *Epheſ. 6.* e *Conc. Nicæn. Conc. Rom. ſub Iul. I. Conc. Hippon. in princ. Conc. Conſtan. VI. Actione 17. cum ſim. c. 1. Diſt. 15. c. Baptizandos. cum ſeq. de Conſ. Diſt. 4. c. 1. de ſum. Trin.*

ſacratioribus Conciliis hoc ſcutum contra omnes hæreſes, in principio ſuarum actionum apponere conſuevere: quo ſolo aliquando & infideles ad fidem traxerunt, hæreticos expugnarunt, & fideles confirmarunt. Quare Symbolum fidei, quo ſancta Romana Eccleſia utitur, tamquam principium illud, in quo omnes, qui fidem Chriſti profitemur, neceſſario conveniunt, ac fundamentum firmum & unicum, contra quod *a* portæ Inferi numquam prævalebunt, totidem verbis, quibus in omnibus eccleſiis legitur, exprimendum eſſe cenſuit, quod quidem ejuſmodi eſt:

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, viſibilium omnium, & inviſibilium: & in unum Dominum Jeſum Chriſtum, Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſæcula; Deum de Deo, lumen de lumine; Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt; qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem, deſcendit de cælis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria virgine, & homo factus eſt; crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus & ſepultus eſt; & reſurrexit tertia die, ſecundum Scripturas; & aſcendit in cælum, ſedet ad dextram Patris; & iterum venturus
eſt cum gloria judicare vi
& mortuos; cujus regni
erit finis: & in Spiritum
ctum Dominum, & vivific
tem; qui ex Patre Filio
procedit; qui cum Patre
Filio ſimul adoratur, & c
glorificatur; qui locutus
per Prophetas: & unam ſ
ctam Catholicam & Apoſ
licam Eccleſiam. Confit
unum baptiſma in remiſſio
peccatorum: & exſpecto
ſurrectionem mortuorum,
vitam venturi ſæculi. Amen

Indictio futuræ Seſſionis.

Eadem ſacroſancta œc
menica & generalis Tride
tina Synodus, in Spiritu ſa
cto legitime congregata,
ea præſidentibus eiſdem tr
bus Apoſtolicæ Sedis Legatis
intelligens multos Prælat
ex diverſis partibus accinct
eſſe itineri, nonnullos etia
in via eſſe, quo huc veniant
cogitanſque omnia ab ipſa ſa
cra Synodo decernenda, e
majoris apud omnes exiſti
mationis & honoris vider
poſſe, quò *b* majori fuerin
& pleniori Patrum conſilio &
præſentia ſancita & corroborata; ſtatuit, & decrevit, futuram Seſſionem poſt præ
ſentem celebrandam eſſe die
Jovis, quæ ſubſequetur Dominicam Lætare, proxime
futuram: interim tamen non
differri diſcuſſionem & examinationem eorum quæ ipſi
Synodo diſcutienda & examinanda videbuntur.

a *Matth.* 16. b *Vide infra Catalogum eorum qui Concilio interfuerunt ſub Pio IV.*

SES-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

ESSIO QVARTA, CELEBRATA DIE VIII. MENSIS APR. M D XLVI.

Decretum de Canonicis ſcripturis.

Acroſancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto itime congregata, præſintibus in ea eiſdem tribus oſtolicæ Sedis Legatis, c ſibi perpetuo ante oculos oponens, ut ſublatis erribus, puritas ipſa Euanlii in Eccleſia conſervet: quod *a* promiſſum anper Prophetas in Scripturis nctis, Dominus noſter Jes Chriſtus Dei Filius, proio ore primum promulgat; deinde per ſuos Apoſtos tamquam fontem omnis ſalutaris veritatis, & mom diſciplinæ, *b* omni creatræ prædicari juſſit: perſpienſque hanc veritatem & iſciplinam contineri in liris ſcriptis, & ſine ſcripto raditionibus, quæ ipſius hriſti ore ab Apoſtolis aceptæ, aut *c* ab ipſis Apoſtos, Spiritu ſancto dictante, naſi per manus traditæ, ad os uſque pervenerunt; orhodoxorum Patrum exemla ſecuta, omnes libros tam eteris quam novi Teſtament, cum utriuſque unus Deus it auctor, nec non traditiones pſas, tum ad fidem, tum ad nores pertinentes, tamquam vel oretenus à Chriſto, vel à Spiritu ſancto dictatas, & continua ſucceſſione in Eccleſia Catholica conſervatas, pari pietatis affectu ac reverentia ſuſcipit, & veneratur. Sacrorum verò librorum *d* indicem huic decreto adſcribendum cenſuit; ne cui dubitatio ſuboriri poſſit, quinam ſint, qui ab ipſa Synodo ſuſcipiuntur. Sunt vero infra ſcripti: Teſtamenti veteris, quinque Moyſi, id eſt, Geneſis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium; Joſue, Judicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon, Eſdræ primus, & ſecundus qui dicitur Nehemias, Tobias, Judith, Heſter, Job, Pſalterium Davidicum centum quinquaginta Pſalmorum, Parabolæ, Eccleſiaſtes, Canticum canticorum, Sapientia, Eccleſiaſticus, Iſaias, Jeremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel, duodecim Prophetæ minores, id eſt, Oſea, Joël, Amos, Abdias, Jonas, Michæas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggæus, Zacharias, Malachias, duo Machabæorum, primus & ſecundus. Teſtamenti novi, quatuor Euangelia, ſecundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Joannem: Actus Apoſtolorum à Luca Euangeliſta conſcripti: quatuordecim Epiſtolæ Pauli Apoſtoli ad Romanos, duæ

ad

a *Ier.* 31. 1. b *Matth. &* *Marc. ult.* c 2 *Theſſ.* 2. *c. Eccle*ſaſticarum, *Diſt.* 11. *& c. Cum Marthæ. de celeb. Miſſ. Con. Se*nonenſe *tempore Clement.* VII. dec. 5. d *In can. Apoſt. c.* 84. *Innocent.* 1. *epiſt.* 3. *c.* 7. *Gelaſius in Con.* 70. *epiſ. Conc. Laod. cap.* 59. *Con. Car.* 3. *c.* 47. *c. ſancta Romana, Diſt.* 15. *& fine Epiſt. Eugen. in Conc. Florent. ad Armenos.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Colloſſenſes, duæ ad Theſſalonicenſes, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos: Petri Apoſtoli duæ, Joannis Apoſtoli tres, Jacobi Apoſtoli una, Judæ Apoſtoli una, & Apocalypſis Joannis Apoſtoli. Si quis autem libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus, prout in Eccleſia Catholica legi conſueverunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur, pro ſacris & canonicis non ſuſceperit, & traditiones prædictas ſciens & prudens contempſerit; anathema ſit. Omnes itaque intelligant, quo ordine & via ipſa Synodus, poſt jactum fidei confeſſionis fundamentum, ſit progreſſura, & quibus potiſſimum teſtimoniis ac præſidiis in confirmandis dogmatibus, & inſtaurandis in Eccleſia moribus, ſit uſura.

Decretum de editione & uſu ſacrorum librorum.

Inſuper eadem ſacroſancta Synodus conſiderans non parum utilitatis accedere poſſe Eccleſiæ Dei, ſi ex omnibus Latinis editionibus, quæ circumferuntur, ſacrorum librorum, quænam pro authentica habenda ſit, innoteſcat; ſtatuit, & declarat, ut hæc ipſa vetus & vulgata editio, quæ longo tot ſæculorum uſu in ipſa Eccleſia probata eſt, in publicis lectionibus, diſputationibus, prædicationibus, & expoſitionibus pro authentica habeatur: & ut nemo illam rejicere quovis prætextu audeat vel præſumat.

Præterea, ad *a* coërce
petulantia ingenia, decer
ut nemo, ſuæ prudentiæ
nixus, in rebus fidei, & m
rum, ad ædificationem d
ctrinæ Chriſtianæ pertin
tium, ſacram Scripturam
ſuos ſenſus contorquens, co
tra eum ſenſum, quem ten
& tenet ſancta mater Eccle
cujus eſt judicare de vero ſe
ſu & interpretatione Scrip
rarum ſanctarum, aut etia
b contra unanimem conſe
ſum Patrum, ipſam Script
ram ſacram interpretari a
deat; etiam ſi hujuſmodi i
terpretationes nullo umqua
tempore in lucem edendæ f
rent. Qui contra venerint, p
Ordinarios declarentur, & pœ
nis à jure ſtatutis puniantur.

Sed & *c* Impreſſoribus m
dum in hac parte, ut par eſt
imponere volens, qui jam ſi
modo, hoc eſt, putantes ſib
licere quidquid libet, ſine l
centia ſuperiorum eccleſiaſt
corum, ipſos ſacræ Scriptu
ræ libros, & ſuper illis anno
tationes, & expoſitiones quo
rumlibet indifferenter, ſæp
tacito, ſæpe etiam ementit
prælo, &, quod gravius eſt
ſine nomine auctoris impri
munt; alibi etiam impreſſo
libros hujuſmodi temere ve
nales habent; decernit, &
ſtatuit, ut poſthac ſacra Scri
ptura, potiſſimum vero hæ
ipſa vetus & vulgata editio
quam emendatiſſime impri
matur; nulli que liceat im
primere, vel imprimi facer
quoſvis libros de rebus ſacri
ſine nomine auctoris, ne
que illos in futurum vendere,
aut etiam apud ſe retinere,
niſi

a *c. Hæreſis, & c. Quidam, in ſ. 24. q. 3. infra Seſſ. 13. c. 1.*
b *Sic Synodus in Trul. c. 19. quam putant Conſtant. 6. c. Exiit circa ſin. de ver. ſig. in 6.*

c *Vide infrà de lib. prohibitis regulâ* 10. *Nunc etiam cenſuris bullæ Cœnæ Impreſſores librorum prohibitorum innodantur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

primum examinati pro-... que fuerint ab Ordinario, ... pœna anathematis & pe-... æ in canone *a* Concilii ... iſſimi Lateranenſis appo-... Et, ſi regulares fuerint, ... a examinationem, & pro-... onem hujuſmodi, licen-... n quoque à ſuis ſuperio-... is impetrare teneantur, ... ognitis per eos libris, jux-... formam ſuarum ordina-... num. Qui autem ſcripto ... communicant, vel evul-... t, niſi antea examinati ... batique fuerint, eiſdem ... nis ſubjaceant quibus Im-... ſſores. Et qui eos habue-... t, vel legerint, niſi prodi-... int auctores, pro auctori-... habeantur. Ipſa vero hu-... modi librorum probatio ... ſcriptis detur, atque ideo ... fronte libri, vel ſcripti, ... impreſſi, authenticè ap-... eat: idque totum, hoc eſt, ... probatio, & examen, gra-... fiat: ut probanda proben-... , & reprobentur impro-banda. Poſt hæc temeritatem illam reprimere volens, qua ad profana quæque convertuntur & torquentur verba & ſententiæ ſacræ Scripturæ, ad ſcurrilia ſcilicet, fabuloſa, vana, adulationes, detractiones, ſuperſtitiones impias & diabolicas incantationes, divinationes, ſortes, libellos etiam famoſos; mandat, & præcipit, ad tollendam hujuſmodi irreverentiam & contemptum, ne de cetero quiſquam quomodolibet verba Scripturæ ſacræ ad hæc & ſimilia audeat uſurpare; ut omnes hujus generis homines, temeratores & violatores verbi Dei, juris & arbitrii pœnis per Epiſcopos coërceantur.

Indictio futuræ Seßionis.

Item hæc ſacroſancta Synodus ſtatuit, & decernit, proximam futuram Seſſionē tenendam & celebrandam eſſe feria quinta, poſt ſacratiſſimum feſtum proximum Pentecoſtes.

...ESSIO QVINTA, CELEBRATA DIE XVII. MENSIS JVN. M D XLVI.

...ecretum de peccato originali.

VT fides noſtra Catholica, *b* ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, purga-... s erroribus, in ſua ſincerita-... integra & illibata perma-... eat; & ne populus Chriſtia-... us *c* omni vento doctrinæ ... rcumferatur; cum *d* Ser-... ens ille antiquus, humani ... eneris perpetuus hoſtis, in-... r plurima mala, quibus Ec-... leſia Dei his noſtris tempo-... ibus perturbatur, etiam de peccato originali, ejuſque remedio non ſolum nova, ſed vetera etiam deſſidia excitaverit: ſacroſancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus in Spiritu ſancto legitime congregata, præſidentibus in ea eiſdem tribus Apoſtolicæ Sedis Legatis, jam ad revocandos errantes, & nutantes confirmandos accedere volens, ſacrarum Scripturarum, & ſanctorum Patrum, ac probatiſſimorum Conciliorum teſtimonia, &

ipſius

a *Vide infr. 1.* b *Hebr. 11.* c *Epheſ. 4.* d *Gen. 3.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

ipſius Eccleſiæ judicium & conſenſum ſecuta, hæc de ipſo peccato originali ſtatuit, fatetur, ac declarat:

1 Si *a* quis non confitetur, primum hominem Adam, cum mandatum Dei in Paradiſo fuiſſet tranſgreſſus, ſtatim ſanctitatem, & juſtitiam, in qua conſtitutus fuerat, amiſiſſe, incurriſſeque per offenſam prævaricationis hujuſmodi iram & indignationem Dei, atque ideo mortem, quam antea illi *b* comminatus fuerat Deus, & cum morte captivitatem ſub ejus poteſtate *c* qui mortis deinde habuit imperium, hoc eſt, diaboli, totumque Adam, per illam prævaricationis offenſam, ſecundum corpus & animam in deterius commutatum fuiſſe: anathema ſit.

2. Si quis Adæ prævaricationem ſibi ſoli, & *d* non ejus propagini, aſſerit nocuiſſe; & acceptam à Deo ſanctitatem, & juſtitiam, quam perdidit, ſibi ſoli, & non nobis etiam eum perdidiſſe; aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum, mortem & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfudiſſe, non autem, & peccatum, quod mors eſt animæ: anathema ſit: cum contradicat Apoſtolo dicenti: *e* Per unum hominem peccatum intravit in mundum: & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes peccaverunt.

3. Si quis hoc Adæ peccatum, quod origine unum eſt,
& propagatione, non imi
tione transfuſum omnibus
eſt unicuique proprium,
per humanæ naturæ vires,
per aliud remedium aſſe
tolli, quam per meritum un
mediatoris Domini no
Jeſu Chriſti, *f* qui nos Deo
conciliavit in ſanguine ſu
factus nobis *g* juſtitia, ſanc
ficatio, & redemptio; aut n
gat ipſum Chriſti Jeſu me
tum per Baptiſmi ſacrame
tum in forma Eccleſiæ ri
collatum, tam adultis qua
parvulis applicari; anathem
ſit: quia *h* non eſt aliud n
men ſub cœlo datum homin
bus, in quo oporteat nos ſa
vos fieri. Vnde illa vox. *i* Ec
ce agnus Dei: Ecce qui to
lit peccata mundi. Et illa
k Quicumque baptizati eſtis
Chriſtum induiſtis.

4 Si quis parvulos recen
tes ab uteris matrum bapti
zandos negat, etiam ſi fuerin
à baptizatis parentibus orti
aut dicit *l* in remiſſionem qui
dem peccatorum eos bapti
zari, ſed nihil ex Adam tra
here originalis peccati, quo
regenerationis lavacro neceſ
ſe ſit expiari ad vitam æter
nam conſequendam; unde ſi
conſequens, ut in eis forma
Baptiſmatis, in remiſſionem
peccatorum, non vera, ſed
falſa intelligatur: anathema
ſit. quoniam non aliter intelligendum eſt id quod dixit
Apoſtolus: *m* Per unum hominem peccatum intravit in
mundum, & per peccatum mors; & ita in omnes homines mors pertranſiit, in quo omnes

a *Caleſt. 1. epiſt. 1. c. 4.* b *Gen. 3.* c *Hebr. 2. Concil. Arauſican. 2. c. 1.* d *Rom. 5. 1 Cor. 15. Conc. Arauſican. 2. c. 2.* e *Rom. 5. c. Placuit 153. c. Regenerante. & c. Quæris in fin. de Conſ. diſtinct. 4.*

f *1 Tim. 2. Col. 2.* g *1 Cor. 1.* h *Act. 4.* i *Ioan. 1.* k *Galat. 3.* l *Conc. Milevit. cap. 2. Conc. Afr. c. 77. & c. Placuit. 163. de Conſ. diſt. 4.* m *Rom. 5. c. Placuit. c. Quæris, in fin. & c. Regen. de Conſ. diſt. 4.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

nes peccaverunt : niſi
madmodum Eccleſia Ca-
lica ubique diffuſa ſemper
llexit, propter hanc enim
ulam fidei ex traditione
ſtolorum etiam parvuli,
nihil peccatorum in ſe-
pſis adhuc committere
erunt, ideo in remiſſio-
peccatorum veraciter
izantur, ut in eis rege.
atione mundetur, quod
eratione contraxerunt.
iſi enim quis renatus fue-
ex aqua, & Spiritu ſan-
, non poteſt introire in
num Dei.
Si quis per Jeſu Chriſti
nini noſtri gratiam, quæ
aptiſmate confertur, rea-
originalis peccati re-
ti negat; aut etiam aſſerit
tolli totum id, quod ve-
& propriam peccati ra-
em habet, ſed illud *b* di-
antum radi, aut non im-
ri: anathema ſit, in rena-
nim nihil odit Deus: quia
ihil eſt damnationis iis
verè *d* conſepulti ſunt
Chriſto per Baptiſma in
tem: qui *e* non ſecun-
carnem ambulant, ſed,
terem hominem exuen-
& *g* novum, qui ſecun-
Deum creatus eſt, in-
ntes: innocentes, imma-
ti, puri, innoxii, ac Deo
cti effecti ſunt, *h* heredes
em Dei, coheredes autem
iſti, ita ut nihil, prorſus
ab ingreſſu cæli remore-
Manere autem in bapti-
s concupiſcentiam, vel
item, hæc ſancta Syno-

dus fatetur, & ſentit: quæ cum ad agonem relicta ſit, nocere non conſentientibus, ſed viriliter per Chriſti Jeſu gratiam repugnantibus non valet: quinimo, *i* qui legitime certaverit, coronabitur. Hanc concupiſcentiam, quam aliquando *k* Apoſtolus peccatum appellat, ſancta Synodus declarat, Eccleſiam Catholicam numquam intellexiſſe peccatum appellari, quod vere & proprie in renatis peccatum ſit, *l* ſed quia ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium ſenſerit, anathema ſit.

Declarat tamen hæc ipſa ſancta Synodus, non eſſe ſuæ intentionis, comprehendere in hoc decreto, ubi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam virginem Mariam, Dei genitricem; ſed obſervandas eſſe *m* conſtitutiones felicis recordationis Sixti Papæ IV, ſub pœnis in eis conſtitutionibus contentis, quas innovat.

Decretum de reformatione.

CAPUT I.

De inſtituenda lectione ſacræ Scripturæ & liberalium artium.

EAdem ſacroſancta Synodus, piis ſummorum Pontificum & probatorum *n* Conciliorum conſtitutionibus inhærens, eaſque amplectens, & illis adjiciens: ne cæleſtis ille ſacrorum librorum theſaurus, quem Spiritus ſan-

Ioan. 3. c. *Filius, & c. Non*
ito. de Conſ. diſt. 4. c. Debi-
cum ſeq. de Bap. b *Ex c.*
ib. 1. contra 2. epiſt. Pelag.
om. 8. d *Rom. 6. & c.*
rie, de Conſ. diſt. 4.
om. 8. f *Coloſſ. 3.* g *E-*
4. c. Quomodo renovari. de

Pœnitent. Diſt. 2. h *Rom. 8. Gal. 3.* i *2 Tim. 2.* k *Rom. 6. 7. & 8. Coloſſ. 3.* l *Reſpicit. c. 13. lib. 1. contra 2. epiſt. Pelag. & alios locos ejuſdem.* m *Vide infra 11.* n *Concil. Lateran. ſub Innoc. 3. cap. 11. Cabilon. 2. c. 3. c. De quibuſdam. 37. Diſt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

ſanctus ſumma liberalitate hominibus tradidit, neglectus jaceat; ſtatuit, & decrevit, quod in illis eccleſiis, in quibus præbenda, aut præſtimonium, ſeu aliud quovis nomine nuncupatum ſtipendium pro lectoribus ſacræ Theologiæ deputatum reperitur, Epiſcopi, Archiepiſcopi, Primates, & alii locorum Ordinarii, eos qui præbendam, aut præſtimonium, ſeu ſtipendiū hujuſmodi obtinent, ad ipſius ſacræ Scripturæ expoſitionem & interpretationem per ſe ipſos, ſi idonei fuerint, alioquin per idoneum ſubſtitutum, ab ipſis Epiſcopis, Archiepiſcopis, Primatibus, & aliis locorum Ordinariis eligendum, etiam per ſubtractionem fructuum, cogant, & compellant. De cetero vero præbenda, præſtimonium, aut ſtipendium hujuſmodi non niſi perſonis idoneis, & quæ per ſe ipſos id munus explicare poſſint, conferantur: & aliter facta proviſio nulla ſit, & invalida. *a* In eccleſiis autem Metropolitanis, vel cathedralibus, ſi civitas inſignis, vel populoſa, ac etiam in collegiatis exiſtentibus in aliquo inſigni oppido, etiam nullius diœceſis, ſi ibi Clerus numeroſus fuerit, ubi nulla præbenda, aut præſtimonium, ſeu ſtipendium hujuſmodi deputatum reperitur, præbenda quomodocumque, præterquam ex cauſa reſignationis, primo vacatura, cui aliud onus incompatibile injunctum non ſit, ad eum uſum ipſo facto perpetuo conſtituta, & deputata intelligatur. Et [...] tenus in ipſis Eccleſiis nu[...] vel non ſufficiens præb[...] foret, *b* Metropolitanus [...] Epiſcopus ipſe per aſſign[...] nem fructuum alicujus [...] plicis beneficii, ejuſdem [...] men debitis ſupportatis [...] ribus, vel per contributio[...] beneficiatorum ſuæ civita[...] & diœceſis vel alias, p[...] commodius fieri poterit [...] Capituli conſilio ita pr[...] deat, ut ipſa ſacræ Scrip[...] lectio habeatur, ita tame[...] quæcumque aliæ lectio[...] vel conſuetudine, vel qu[...] alia ratione inſtitutæ, [...] pter id minime prætermit[...] tur. Eccleſiæ vero, qua[...] annui proventus tenues [...] rint, & ubi tam exigu[...] Cleri & populi multitudo [...] Theologiæ lectio in eis c[...] mode haberi non poſſit, [...] tem *c* magiſtrum habeant [...] Epiſcopo cum conſilio C[...] tuli eligendum, qui Cleric[...] alioſque ſcholares paup[...] Grammaticam gratis doce[...] ut deinceps ad ipſa ſacræ S[...] pturæ ſtudia, annuente D[...] tranſire poſſint. ideoque [...] *d* magiſtro Grammatices [...] alicujus ſimplicis bene[...] fructus, quos tamdiu pe[...] piat, quamdiu in doce[...] perſtiterit, aſſiguentur; d[...] tamen beneficium ipſum [...] debito non fraudetur o[...] quio: vel ex capitulari [...] Epiſcopali menſa condi[...] aliqua merces perſolvat[...] vel alias Epiſcopus ipſe [...] quam rationem ineat ſuæ [...] cleſiæ & diœceſi accomm[...] dam; ne pia hæc, utilis, [...]

a *c. Quia, & c. fi. de Magiſt. & infr. Seſſ. 23. de ref. c. 18.*
b *Infr. Seſſ. 24. c. 15. de refor.*
c *Conc. Conſtant. 6. c. 5. c. 1. & c. Quia de Mag. Con. Lateran. ſub Alex. 3. c. 18. & ſub Iul. 3. c. 11. & infra Seſſ.* [...] *c. 18. de refor. Clem. Ne in a*[...] *de ſtatu mon. c. 2. de m*[...]
d *Is ad profeſſionem fidei te*[...]*tur ex Bulla Pii IV. In ſac*[...] *ſancta. 1564.*

e fructuoſa proviſio quo-
quæſito colore negliga-
r. In monaſteriis quoque
onachorum, ubi commode
ri queat, etiam *a* lectio ſa-
æ Scripturæ habeatur, qua
re ſi Abbates negligentes
rint, Epiſcopi locorum, in
c ut Sedis Apoſtolicæ dele-
ti, eos ad id opportunis re-
ediis compellant. In con-
ntibus vero aliorum Regu-
ium, in quibus ſtudia com-
ode vigere poſſunt, ſacræ
ripturæ lectio ſimiliter ha-
atur: quæ lectio à Capitu-
generalibus vel provincia-
us aſſignetur dignioribus
agiſtris. In gymnaſiis et-
m publicis, ubi tam hono-
ica, & ceterorum omnium
axime neceſſaria lectio ha-
enus inſtituta non fuerit, re-
gioſiſſimorum Principum,
Rerumpublicarum pietate
charitate ad Catholicæ fi-
i defenſionem & incremen-
m, ſanæque doctrinæ con-
rvationem & propagatio-
m inſtituatur: &, ubi in-
tuta foret, & negligeretur,
ſtituatur. Et *b* ne ſub ſpe-
e pietatis impietas diſſemi-
tur; ſtatuit eadem ſancta
nodus, neminem ad hujuſ-
odi lectionis officium tam
iblice quam privatim ad-
ittendum eſſe, qui prius ab
piſcopo loci de vita, mori-
is & ſcientia examinatus &
probatus non fuerit: quod
men de lectoribus in clau-
ris monachorum non intel-
gatur. Docentes vero ipſam
cram Scripturam, dum publice in ſcholis docuerint, & *c* ſcholares, qui in ipſis ſcholis ſtudent, privilegiis omnibus de perceptione fructuum, præbendarum, & beneficiorum ſuorum, in abſentia à jure communi conceſſis, pleno gaudeant, & fruantur.

CAPUT II.

De verbi Dei concionatoribus, & Quæſtoribus eleëmoſynariis.

Quia vero Chriſtianæ Reipublicæ *d* non minus neceſſaria eſt prædicatio Euangelii, quam lectio: & *e* hoc eſt præcipuum Epiſcoporum munus; ſtatuit, & decrevit eadem ſancta Synodus, omnes Epiſcopos, Archiepiſcopos, Primates, & omnes alios eccleſiarum Prælatos teneri per ſe ipſos, ſi legitime impediti non fuerint, ad prædicandum ſanctum Jeſu Chriſti Euangelium. Si vero contigerit Epiſcopos, & alios prædictos, legitimo detineri impedimento, juxta formam *f* generalis Concilii viros idoneos aſſumere *g* teneantur ad hujuſmodi prædicationis officium ſalubriter exequendum. Si quis autem hoc adimplere contempſerit, diſtrictæ ſubjaceat ultioni. Archipresbyteri quoque, Plebani, & quicunque Parochiales, vel alias curam animarum habentes eccleſias quocumque modo obtinent, per ſe, vel alios idoneos, ſic legitime impediti fuerint, *h* diebus ſaltem

a *Cui addidit Paulus* V. *ctionem Hebraicam, Græcam* *Arabicam, conſt. Apoſto-* *æ,* 1610. b *Hinc emanavit* *ulla Pii* IV. *de Profeſſ. fidei* 3. *Decemb.* 1564. c *c. fin.* *mag.* d *Infra. Seſſ.* 24. *p.* 4. *de reform.* e XI. *Tol* c. 3. f *c. Inter cetera de off. jud. ord. vide infra* VIII. g *Inf. Seſſ.* 24. *de ref. cap.* 4. h *Conc. Conſtantinop.* 6. *c.* 8. *c. Exiit.* §. *habetur etiam. de ver. ſig. in* 6. *Conc. Lateran. ultimum, Seſſ.* 11.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

ſaltem Dominicis, & feſtis ſolemnibus plebes ſibi commiſſas pro ſua & earum capacitate paſcant ſalutaribus verbis; docendo, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, annuntiandoque eis cum brevitate & facilitate ſermonis, vitia quæ eos declinare, & virtutes quas ſectari oporteat; ut pœnam æternam evadere, & cæleſtem gloriam conſequi valeant. Id vero ſi quis eorum præſtare negligat, etiam ſi ab Epiſcopi juriſdictione quavis ratione exemptum ſe eſſe prætenderet; etiam ſi eccleſiæ quovis modo exemptæ dicerentur, aut alicui monaſterio, etiam extra diœceſim exiſtenti, forſan annexæ, vel unitæ, modo re ipſa in diœceſi ſint, provida paſtoralis Epiſcoporum ſolicitudo non deſit, ne illud impleatur; *a* Parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Itaque, ubi ab Epiſcopo moniti trium menſium ſpatio muneri ſuo defuerint, per cenſuras eccleſiaſticas, ſeu alias, ad ipſius Epiſcopi arbitrium cogantur, ita ut etiam, ſi ei ſic expedire viſum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri, qui id præſtet, honeſta aliqua merces perſolvatur, donec principalis ipſe reſipiſcens officium ſuum impleat.

Si quæ vero parochiales eccleſiæ reperiantur ſubjectæ monaſteriis in nulla diœceſi exiſtentibus; ſi Abbates, & regulares Prælati in prædictis negligentes fuerint, à Metropolitanis, in quorum provinciis diœceſes ipſæ ſitæ ſunt, tanquam, quoad hoc, Sedis Apoſtolicæ delegatis, compellantur, neque hu[...] decreti executionem c[...] ſuetudo, vel exemptio, [...] appellatio, aut reclamat[...] ſive recurſus impedire [...] leat, quouſque deſuper à co[...] petenti judice, qui ſumma[...] & ſola facti veritate inſpe[...] procedat, cognitum & d[...] ſum fuerit. *b* Regulares v[...] cujuſcumque ordinis, ni[...] ſuis Superioribus de vita, [...] ribus & ſcientia examinat[...] approbati fuerint, ac de e[...] rum licentia, etiam in ecc[...] ſiis ſuorum Ordinum, præ[...] care non poſſint: cum qua[...] centia perſonaliter ſe cor[...] Epiſcopis præſentare, & [...] eis benedictionem petere [...] neantur, antequam prædic[...] re incipiant. In eccleſiis ve[...] quæ ſuorum Ordinum n[...] ſunt, ultra licentiam ſuoru[...] Superiorum, *c* etiam Epiſco[...] licentiam habere teneantu[...] ſine qua in ipſis eccleſiis n[...] ſuorum Ordinum nullo mo[...] prædicare poſſint, ipſam a[...] tem licentiam gratis Epiſco[...] concedant.

Si vero quod abſit, præd[...] cator errores aut ſcanda[...] diſſeminaverit in populum[...] etiam ſi in monaſterio ſui v[...] alterius Ordinis prædicet[...] Epiſcopus ei prædicatione[...] interdicat. Quod ſi hæreſ[...] prædicaverit; contra eum[...] ſecundum juris diſpoſitio[...] nem, aut loci conſuetudine[...] procedat; etiam ſi prædica[...] tor ipſe generali vel ſpecial[...] privilegio exemptum ſe eſ[...] prætenderet. quo caſu Epi[...] ſcopus auctoritate Apoſtolica & tamquam Sedis Apoſtolica delegatus procedat. Curen[...] autem Epiſcopi, ne quis prædicator vel ex falſis informationi[...]

a *Ier. Tren.* 4. *b* *Con. Lateran. ultimum. Seſſ.* 11. *de modo prad.* *c* *c. Excommunicamus.* *§. Quia vero de haret.* *Infra Seſſ.* 24. *c.* 4. *de reform.*

nibus vel alias calumnioſe xetur, juſtamve de eis conerendi occaſionem habeat. Caveant præterea Epiſcopi, aliquem, vel eorum, qui m ſint nomine Regulares, tra clauſtra tamen & obeentiam Religionum ſuarum vunt; vel Presbyterorum cularium, niſi ipſis noti t, & moribus atque doctri- probati, etiam quorumli- privilegiorum prætextu, ſua civitate vel diœceſi ædicare permittant, donec ipſis Epiſcopis ſuper ea re ncta Sedes Apoſtolica con- uatur; à qua privilegia hu- ſmodi, niſi tacita veritate, expreſſo mendacio, ab in- gnis extorqueri veriſimile on eſt.

a Quæſtores vero eleemoſynarii, qui etiam Quæſtuarii vulgo dicuntur, cujuſcumque conditionis exiſtant, nullo modo nec per ſe, nec per alium, prædicare præſumant; & contra facientes ab Epiſcopis, & Ordinariis locorum; privilegiis quibuſcunque non obſtantibus, opportunis remediis omnino arceantur.

Indictio futuræ Seſſionis.

Item hæc ſacroſancta Synodus ſtatuit, & decernit, primam futuram Seſſionem tenendam, & celebrandam eſſe die Jovis, Feria quinta poſt feſtum B. Jacobi Apoſtoli.

Prorogata deinde fuit Seſſio ad diem XIII. *menſis Ianuarii.* M D XLVII.

SESSIO SEXTA, CELEBRATA DIE XIII. MENSIS IANVAR. M D XLVII.

Decretum de juſtificatione.

Proœmium.

CVm hoc tempore, non ſine multarum animarum jactura, & gravi eceſiaſticæ unitatis detrimen-, erronea quædam diſſemiata ſit de juſtificatione dorina: ad laudem & gloriam nnipotentis Dei, Eccleſiæ anquillitatem, & animaum ſalutem, ſacroſancta ecumenica & generalis Trientina Synodus, in Spiritu ncto legitime congregata, ræſidentibus in ea nomine anctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Pauli, divina providentia Papæ tertii, Reverendiſſimis Dominis, Dominis Jo. Maria Epiſcopo Præneſtino, de Monte, & Marcello tit. S. Crucis in Jeruſalem Presbytero, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, & Apoſtolicis de latere Legatis: exponere intendit omnibus Chriſti fidelibus veram ſanamque doctrinam ipſius juſtificationis, quam *b* Sol juſtitiæ Chriſtus Jeſus *c* fidei noſtræ auctor & conſummator, docuit, Apoſtoli tradiderunt, & Catholica Eccleſia, Spiritu ſancto

a *Con. Later. ſub Inn.* 3. *c.* 62. *Cum ex eo. de pœnit. & remiſſ. Clemen. Abuſionibus, eo it. infra Seſſ.* 21. *de refor. c.* 9. *Vt officium.* §. *compeſcendi de hæret. in* 6. *Ex Bulla Pii* V. Etſi Dominici. 1567. *ſublatæ ſunt indulgentiæ etiam perpetuæ, quæ quæſtuandi prabeant occaſionem.* b *Malac.*4. c *Hebr.*12.

ſancto ſuggerente, perpetuo retinuit, diſtrictius inhibendo, ne deinceps audeat quiſquam aliter credere, prædicare, aut docere, quam præſenti decreto ſtatuitur, ac declaratur.

CAPUT I.

De naturæ & legis ad juſtificandos homines imbecillitate.

PRimum declarat ſancta Synodus, ad juſtificationis doctrinam probe & ſincere intelligendam, oportere, ut unuſquiſque agnoſcat, & fateatur, quod *a* cum omnes homines in prævaricatione Adæ innocentiam perdidiſſent; *b* facti immundi, &, ut Apoſtolus inquit, *c* natura filii iræ, quemadmodum in decreto de peccato originali expoſuit, uſque adeo ſervi erant peccati, & *d* ſub poteſtate diaboli ac mortis, ut non modo gentes per vim naturæ, ſed ne Judæi quidem per ipſam etiam litteram legis Moyſi, inde liberari, aut ſurgere poſſent; tametſi in eis liberum arbitrium minime extinctum eſſet, *e* viribus licet attenuatum, & inclinatum.

CAPUT II.

De diſpenſatione & myſterio adventus Chriſti.

QUo factum eſt, ut cæleſtis Pater, *f* Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, Chriſtum Jeſum, Filium ſuum, & ante legem, & legis tempore, multis, ſanctis *g* Patribus declaratum, ac promiſſum, cum venit bea[...] illa *h* plenitudo temporis, [...] homines miſerit; ut & J[...] dæos, qui ſub lege erant, r[...] dimerer; & *i* gentes, qu[...] non ſectabantur juſtitiam, j[...] ſtitiam apprehenderent, a[...] que omnes adoptionem fili[...] rum reciperent. Hunc *k* pr[...] poſuit Deus propitiatore[...] per fidem in ſanguine ipſiu[...] pro peccatis noſtris; *l* no[...] ſolum autem pro noſtris, ſe[...] etiam pro totius mundi.

CAPUT III.

Qui per Chriſtum juſtificantur.

VErum, etſi ille *m* pro om[...] nibus mortuus eſt, no[...] omnes tamen mortis ejus be[...] neficum recipiunt, ſed i[...] dumtaxat, quibus meritum[...] paſſionis ejus communicatur[...] nam, ſicut revera homines[...] *n* niſi ex ſemine Adæ propa[...] gati naſcerentur, non naſce[...] rentur injuſti; cum ea propa[...] gatione, per ipſum dum con[...] cipiuntur, propriam injuſti[...] tiam contrahant: ita, niſi in[...] Chriſto renaſcerentur, num[...] quam juſtificarentur; cum ea[...] renaſcentia per meritum paſ[...] ſionis ejus gratia, qua juſt[...] fiunt, illis tribuatur. Pro hoc[...] beneficio Apoſtolus *o* gratias[...] nos ſemper agere hortatur[...] Patri, qui dignos nos fecit[...] in partem ſortis Sanctorum in lumine, & eripuit de poteſtate tenebrarum, tranſtulitque in regnum Filii dilectionis ſuæ; in quo habemus redemptionem, & remiſſionem peccatorum.

CA-

a *Cæleſt. 1. epiſt. 1. c. 4. 1 Cor. 15. Rom. 5.* b *Iſa. 64.* c *Epheſ. 2. ſupra Seſſ. 5. in princ.* d *Rom. 3. & 6. Hebr. 2.* e *Con. 2. Arau. c. 25.* f *2 Cor. 1.* g *Gen. 49. cum ſim.* h *Gal. 4.* i *Rom. 9.* k *Rom. 3. & 5. Coloſſ. 2. 1 Tim. 2. & 2 Tim. 1.*

c. Multiplex de pœn. Diſt. 1. l *1 Ioan. 2.* m *2 Cor. 5.* n *Alluſio ad verba Aug. epiſt. 89.* Omnes qui renaſcuntur in juſtificationem, *&c. qua alibi crebro inculcat; infra Can. 1.* o *Coloſſ. 1.*

CAPVT IV.

…nuatur deſcriptio juſtifica-…ionis impii, & modus ejus in ſtatu gratiæ.

QVibus verbis juſtificationis impii deſcriptio inſi-…atur, ut ſit tranſlatio ab eo …tu, in quo homo naſcitur …lius primi Adæ, in ſtatum …atiæ, & adoptionis filio-…m Dei per ſecundum Adam …ſum Chriſtum, Salvatorem …ſtrum, quæ quidem tranſ-…io poſt Euangelium pro-…ulgatum, ſine lavacro re-…nerationis, aut ejus voto, …ri non poteſt, ſicut ſcri-…um eſt: *b* Niſi quis rena-…s fuerit ex aqua & Spiritu …ncto, non poteſt introire … Regnum Dei.

CAPVT V.

…e neceſſitate præparationis ad juſtificationem in adultis, & unde ſit.

DEclarat præterea; ipſius juſtificationis exordium …n adultis à Dei per Chriſtum …eſum præveniente gratia ſu-…endum eſſe, hoc eſt, ab …jus vocatione, qua, nullis …orum exiſtentibus meritis, …ocantur; ut, qui per pecca-…a à Deo averſi erant, per ejus …xcitantem atque adjuvantem …ratiam ad convertendum ſe …d ſuam ipſorum juſtificatio-…nem, eidem gratiæ libere aſ-…entiendo, & cooperando, diſ-…ponantur: *c* ita ut, tangente …Deo cor hominis per Spiritus …ancti illuminationem, neque …omo ipſe nihil omnino a-…gat, inſpirationem illam reci-…piens: quippe qui *d* illam & abjicere poteſt, neque tamen ſine gratia Dei movere ſe ad juſtitiam coram illo libera ſua voluntate poſſit, unde in ſacris litteris, cum dicitur. *e* Convertimini ad me, & ego convertar ad vos; libertatis noſtræ admonemur. Cum reſpondemus: Converte nos Domine ad te, & convertemur: Dei nos gratia præveniri confitemur.

CAPVT VI.

Modus Præparationis.

DIſponuntur autem ad ipſam juſtitiam, dum excitati divina gratia, & adjuti, *f* fidem ex auditu concipientes libere moventur in Deum, credentes vera eſſe, quæ divinitus revelata & promiſſa ſunt; atque illud in primis, à Deo juſtificari impium per gratiam ejus, *g* per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Jeſu; & dum peccatores ſe eſſe intelligentes, à divinæ juſtitiæ timore, quo utiliter concutiuntur, ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe convertendo, in ſpem eriguntur, fidentes Deum ſibi propter Chriſtum propitium fore, illumque, tamquam *h* omnis juſtitiæ fontem, diligere incipiunt: ac propterea moventur *i* adverſus peccata per odium aliquod, & deteſtationem, hoc eſt, per eam pœnitentiam, quam ante Baptiſmum agi oportet: denique dum proponunt ſuſcipere Baptiſmum, inchoare novam vitam, & ſervare divina mandata. De hac diſpoſitione ſcriptum eſt: *k* Accedentem ad

a *Gal.4. Tit.3.* b *Ioan.3. c. Filius & c. Non dubito de Conſec. Diſt.4.* c *Infrà Can.3.* d *Proſp.lib.2.de Voc. gentium c.28. & 29.* e *Zach.1. à Ioël. 2. cap. Convertimini. de Pœnit. Diſt.1. Toren.5. d. & cap.31. c.* f *Rom.10.* g *Rom.3.* h *Pſ.41.* i *Inf.c.14. & Seſſ.14. cap.4. de Contritione.* k *Hebr. 11.*

ad Deum oportet credere quia eſt, & quod inquirentibus ſe remunerator ſit. Et, *a* Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et, *b* Timor Domini expellit peccatum. Et, *c* Pœnitentiam agite, & baptizetur unuſquiſque veſtrûm in nomine Jeſu Chriſti, in remiſſionem peccatorum veſtrorum, & accipietis donum Spiritus ſancti. Et, *d* Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii & Spiritus ſancti, docentes eos ſervare quæcumque mandavi vobis. Denique, *e* Præparate corda veſtra Domino.

CAPVT VII.

Quid ſit juſtificatio impii, & quæ ejus cauſa.

HAnc diſpoſitionem ſeu præparationem juſtificatio ipſa conſequitur; quæ non eſt ſola peccatorum remiſſio, ſed & ſanctificatio, & renovatio interioris hominis per voluntariam ſuſceptionem gratiæ, & donorum. unde homo ex injuſto fit juſtus, & ex inimico amicus, ut ſit *f* heres ſecundum ſpem vitæ æternæ. Hujus juſtificationis cauſæ ſunt; finalis quidem, gloria Dei, & Chriſti, ac vita æterna: efficiens vero, miſericors Deus, qui gratuito *g* abluit, & *h* ſanctificat ſignans, & ungens *i* Spiritu promiſſionis ſancto; qui eſt pignus hereditatis noſtræ: meritoria autem, dilectiſſimus unigenitus ſuus, Dominus noſter Jeſus Chriſt qui, cum *k* eſſemus inimi propter nimiam charitatem qua dilexit nos, ſua ſanctiſſima paſſione in ligno cruc nobis *l* juſtificationem m ruit, & pro nobis Deo Patri ſ tisfecit. inſtrumentalis iter Sacramentum Baptiſmi; quo *m* eſt Sacramentum fidei, ſi qua *n* nulli umquam contig juſtificatio. demum unica fo malis cauſa eſt juſtitia Dei non qua ipſe juſtus eſt, ſed qu nos juſtos facit, qua videlice ab eo donati, renovamur ſpiritu mentis noſtræ; & no modo reputamur, ſed ver juſti nominamur, & ſumus juſtitiam in nobis recipiente unuſquiſque ſuam ſecundum menſuram, quam *o* Spiritu ſanctus partitur ſingulis pro ut vult, & ſecundum propriam cujuſque diſpoſitionem, & cooperationem. quamquam enim nemo poſſit eſſe juſtus, niſi cui merita paſſionis Domini noſtri Jeſu Chriſti *p* communicamur: id tamen in hac impii juſtificatione fit, dum ejuſdem ſanctiſſimæ paſſionis merito per Spiritum ſanctum *q* charitas Dei diffunditur in cordibus eorum qui juſtificantur, atque ipſis inhæret, unde in ipſa juſtificatione cum remiſſione peccatorum hæc omnia ſimul infuſa accipit homo per Jeſum Chriſtum, cui inſeritur, fidem, ſpem, & charitatem. *r* nam fides, niſi ad eam ſpes accedat, & charitas, neque unit perfecte cum Chriſto, neque corporis ejus vivum membrum

a *Marc.* 2. & *Matth.* 9. b *Eccli.* 1. c *Act.* 2. c. *Agunt.* & c. *Proprie. de Conſ. Diſt.* 4. d *Matth.* & *Marc. ult.* c. *Prima.* c. *Si quis.* 79. & c. *Proprie. de Conſec. Diſt.* 4. e 1 *Reg.* 7. 2. f *Tit.* 3. g 1 *Cor.* 6. h *Tit.* 3. i *Epheſ.* 1. k *Epheſ.* 2. *Rom.* 5. l *Epheſ.* 2. *Rom.* 4. d. m *Nihil eſt. de Conſec. Diſt.* 4. n *Hebr.* 11. o 1 *Cor.* 12. *Epheſ.* 4. p *Philip.* 3. q *Rom.* 5. r *Infra cap.* 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

m efficit. qua ratione veime dicitur, *a* Fidem ſine ribus mortuam & otioſam . Et, *b* in Chriſto Jeſu ne- circumciſionem aliquid ere, neque præputium; ſed m, quæ per charitatem ratur. Hanc fidem ante Baſmi Sacramentum ex Apoorum traditione Catechuni ab Eccleſia petunt, cum unt fidem, vitam æternam eſtantem; quam ſine ſpe & ritate fides præſtare non eſt. unde & ſtatim verbum riſti audiunt: *c* Si vis ad am ingredi, ſerva manda- Itaque veram & Chriſtian juſtitiam accipientes, n *d* ceu primam ſtolam illa quam Adam ſua inedientia ſibi & nobis perit, per Chriſtum Jeſum il- donatam, candidam, & maculatam jubentur ſtan renati conſervare, ut n perferant ante tribunal mini noſtri Jeſu Chriſti, & beant vitam æternam.

CAPVT VIII.

o modo intelligatur, impium per fidem & gratis juſtificari.

Vm vero Apoſtolus *e* dicit, juſtificari hominem fidem, & gratis; ea verba o ſenſu intelligenda ſunt, em perpetuus Eccleſiæ Calicæ conſenſus tenuit, & preſſit; ut ſcilicet per fim ideo juſtificari dicamur. a fides eſt humanæ ſalutis ium, fundamentum, & ix omnis juſtificationis: ne qua impoſſibile eſt plae Deo, & ad filiorum ejus nſortium pervenire: gratis autem juſtificari ideo dicamur, quia nihil eorum quæ juſtificationem præcedunt, ſive fides, ſive opera, ipſam juſtificationis gratiam promeretur, ſi enim *g* gratia eſt, jam non ex operibus: alioquin, ut idem Apoſtolus inquit, gratia jam non eſt gratia.

CAPVT IX.

Refellitur inanis hæreticorum fiducia.

Quamvis autem neceſſarium ſit credere, neque remitti, neque remiſſa unquam fuiſſe peccata, niſi gratis divina miſericordia propter Chriſtum: nemini tamen fiduciam *h* & certitudinem remiſſionis peccatorum ſuorum jactanti, & in ea ſola quieſcenti, peccata dimitti, vel dimiſſa eſſe, dicendum eſt; cum apud hæreticos & ſchiſmaticos poſſit eſſe, imo noſtra tempeſtate ſit, & magna contra Eccleſiam Catholicam contentione prædicetur vana hæc & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud aſſerendum eſt, oportere eos qui vere juſtificati ſunt, abſque ulla omnino dubitatione apud ſemetipſos ſtatuere, ſe eſſe juſtificatos, neminemque â peccatis abſolvi, ac juſtificari, niſi eum, *i* qui certò credat ſe abſolutum & juſtificatum eſſe; atque hac ſola fide abſolutionem & juſtificationem perfici: quaſi qui hoc non credit, de Dei promiſſis, deque mortis & reſurrectionis Chriſti efficacia dubitet. nam ſicut nemo pius de Dei miſericordia, de Chriſti merito; deque Sacramentorum virtute & efficacia, dubitare

B 5

a *Iacob.* 2. *b* *Gal.* 5. & 6. *ircumciſio. de Pœnit. diſt.* 2. *Matth.* 19. *d* *Lucæ* 15. *Quo modo renovari. de Pœnit. Diſt.* 2. *e* *Rom.* 4. *f* *Hebr.* 11. *infra Can.* 9. *g* *Rom.* 11. *Epheſ.* 2. *Tit.* 3. *h* *Infra Can.* 12. & 13. *i* *Infra Can.* 14.

tare debet: ſic quilibet, dum ſeipſum, ſuamque propriam infirmitatem & indiſpoſitionem reſpicit, de ſua gratia formidare, & timere poteſt; cum nullus ſcire valeat certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſe gratiam Dei eſſe conſecutum.

CAPVT X.

De acceptæ juſtificationis incremento.

SIc ergo juſtificati, & amici Dei, ac *a* domeſtici facti, *b* euntes de virtute in virtutem renovantur, ut Apoſtolus inquit, de die in diem: hoc eſt, *c* mortificando membra carnis ſuæ, & *d* exhibendo ea arma juſtitiæ in ſanctificationem, per obſervationem mandatorum Dei, & Eccleſiæ, in ipſa juſtitia per Chriſti gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus, creſcunt, atque magis juſtificantur, ſicut ſcriptum eſt: *e* Qui juſtus eſt, juſtificetur adhuc. Et iterum: *f* Ne verearis uſque ad mortem juſtificari. Et rurſus: *g* Videtis quoniam ex operibus juſtificatur homo, & non ex fide tantum. Hoc verò juſtitiæ incrementum petit ſancta Eccleſia, cum orat: *h* Da nobis, Domine, fidei, ſpei, & charitatis augmentum.

CAPVT XI.

De obſervatione mandatoru[m], eamque neceſſariam eſſe, nec impoſſibilem.

NEmo autem, quantumv
juſtificatus, liberum
eſſe ab obſervatione mand
torum putare debet: nem
temeraria illa, & à Patrib
ſub anathemate prohibita v
ce uti, Dei præcepta homi
juſtificato ad obſervandu
eſſe impoſſibilia. nam *i* De
k impoſſibilia non *l* jubet, ſe
m jubendo monet, & face
quod poſſis, & petere quo
non poſſis; & adjuvat, u
poſſis. *n* Cujus mandata gr
via non ſunt, cujus *o* ju
gum ſuave eſt, & onus lev
qui enim ſunt filii Dei, Chr
ſtum diligunt: *p* qui aute
diligunt eum, ut ipſemet t
ſtatur, ſervant ſermones eju
quod utique cum divino au
xilio præſtare poſſunt, lic
enim in hac mortali vi
quantumvis ſancti & juſti
levia ſaltem & quotidiana
quæ etiam venialia dicun
tur, peccata quandoque c
dant, non propterea deſinun
eſſe juſti, nam *q* juſtorum ill
vox eſt & humilis, & verax
Dimitte nobis debita noſtr
quo fit, ut juſti ipſi eo ma
gis ſe obligatos ad ambular
dum in via juſtitiæ ſentir
debeant, quò liberati jam
peccato, *r* ſervi autem fact
Deo, *ſ* ſobrie, juſte, & pie vi
ventes proficere poſſint pe
Chri

a *Epheſ. 2.* b *Pſalm. 83. infra Can. 24. 2 Cor. 4. in fine.* c *Coloſſ. 3.* d *Rom. 6. d* e *Apocal. ult.* f *Eccli. 18. c.* g *Iac. 2. d.* h *Dominica 13. poſt Pentecoſten.* i *Ex Aug. c. 43. lib. De natura & gratia.* k *1 Ioan. 5. infra Can. 18.* l *Conc. Arauſ. 2. cap. 25.*

m *Hieron. in epiſt. ad Cteſip*
n *Ioan. 5.* o *Matth. 11.*
p *Ioan. 14. Concil. Afric*
num, c. 81, 82, & 83. Con
Milevitanum cap. 7. 8. & 9
q *Matth. 6. Luc. 11. c. Ad*
huc, & c. De quotidianis, d
Pœnit. Diſt. 3. r *Rom. 6*
ſ *Tit. 2.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

riſtum Jeſum : *a* per quem
eſſum habuerunt in gra
n iſtam. *b* Deus namque
gratia ſemel juſtificatos
deſerit , niſi ab eis prius
eratur. *c* itaque nemo ſi
n ſola fide blandiri debet,
ans fide ſola ſe heredem
conſtitutum , heredita-
que conſecuturum , etiam
Chriſto non *d* compatia-
, ut & conglorificetur.
n & Chriſtus ipſe , ut in-
t Apoſtolus , *e* cum eſſet
ius Dei , didicit ex iis quæ
ſus eſt , obedientiam ; &
ſummatus, factus eſt om
us obtemperantibus ſibi
ſa ſalutis æternæ. Pro-
rea Apoſtolus ipſe monet
ificatos , dicens : *f* Ne-
tis quod ii qui in ſtadio
rrunt , omnes quidem cur-
t , ſed unus accipit bra-
m ſic currite ut compre-
datis. *g* Ego igitur ſic
ro, non quaſi in incertum:
pugno , non quaſi aërem
rberans ; ſed caſtigo cor-
s meum , & in ſervitutem
igo : ne forte, cum aliis
edicaverim , ipſe reprobus
ciar. Item princeps Apo-
lorum Petrus : *h* Satagite,
per bona opera certam ve-
am vocationem & electio-
n faciatis. hæc enim fa-
ntes , non peccabitis ali-
ando. *i* Vnde conſtat eos
hodoxæ religionis doctri-
adverſari , qui dicunt, ju-
m in omni bono opere ſal-
n venialiter peccare, aut,
od intolerabilius eſt , pœ-
s æternas mereri : atque etiam eos qui ſtatuunt in omnibus operibus juſtos peccare, ſi in illis ſuam ipſorum ſocordiam excitando, & ſeſe ad currendum in ſtadio cohortando , cum hoc , ut in primis glorificetur Deus , mercedem quoque intuentur æternam : *k* cum ſcriptum ſit : Inclinavi cor meum ad faciendas juſtificationes tuas propter retributionem. & de Moſe dicat *l* Apoſtolus , quod reſpiciebat in remunerationem.

CAPVT XII.

Prædeſtinationis temerariam præſumptionem cavendam eſſe.

NEmo quoque , quamdiu in hac mortalitate vivitur , de arcano divinæ prædeſtinationis myſterio uſque adeo præſumere debet, ut certo ſtatuat ſe omnino eſſe in numero prædeſtinatorum : quaſi verum eſſet , quod juſtificatus aut amplius peccare non poſſit ; aut, ſi peccaverit, *m* certam ſibi reſipiſcentiam promittere debeat. nam, niſi ex ſpeciali revelatione , ſciri non poteſt , quos Deus ſibi elegerit.

CAPVT XIII.

De perſeverantiæ munere.

SImiliter de perſeverantiæ munere , de quo ſcriptum eſt : *n* Qui perſeveraverit uſque in finem , hic ſalvus erit : quod quidem aliunde haberi non poteſt , niſi ab eo qui potens

a *Rom.* 5. b *Auguſt. lib.* *natura & gratia , c.*26. & *oſ. Sent.* 7. *ad c. Gallorum* *reſp. ad* 7. *object. Vincen.* *Infra Can.* 20. d *Rom.* 8. *Philip.*2. *Hebr.* 5. f 1 *Cor* 9. *Ibid.* h 2 *Petr.*1. i *Infra* *n.* 25. k *Infra Can.* 31.

Pſal. 118. *n.* l *Hebr.* 11. *Infra Can.* 15. & 16. *c. Corripiantur, in fine.*23.*q.*3. m *Ezech.* 18. *Galat.* 3. n *Matth.* 10. & 14. *c. Suggeſtum.* 7. *q.* 1. & *c. Non revertebantur. de Pœnit. Diſt.* 2. *infra Can.* 16. & 22. *Ezech.* 33.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

tens eſt eum, *a* qui ſtat, ſtatuere, ut perſeveranter ſtet, & eum qui cadit, reſtituere: nemo ſibi certi aliquid abſoluta certitudine polliceatur; tametſi in Dei auxilio firmiſſimam ſpem collocare & reponere omnes debent. Deus enim, niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut *b* cœpit opus bonum, ita perficiet, operans velle, & perficere. Verumtamen qui ſe *c* exiſtimant ſtare, videant ne cadant; & *d* cum timore ac tremore ſalutem ſuam operentur in laboribus, in vigiliis, in eleemoſynis, in orationibus, & oblationibus, in jejuniis, & caſtitate. formidare enim debent, ſcientes *e* quod in ſpem gloriæ, & nondum in gloriam renati ſunt, de pugna quæ ſupereſt cum carne, cum mundo, cum diabolo, in qua victores eſſe non poſſunt, niſi cum Dei gratia Apoſtolo obtemperent, dicenti: *f* Debitores ſumus non carni, ut ſecundum carnem vivamus: ſi enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.

CAPVT XIV.

De lapſis, & eorum reparatione.

QVi vero ab accepta *g* juſtificationis gratia per peccatum exciderunt, rurſus juſtificari poterunt, cum, excitante Deo per Pœnitentiæ Sacramentum, merito Chriſti
amiſſam gratiam recuper
procuraverint: hic enim
ſtificationis modus eſt lap
reparatio: quam ſecunda
poſt naufragium deperdi
gratiæ tabulam ſancti *h* I
tres apte nuncuparunt. E
nim pro iis qui poſt Bap
ſmum in peccata labuntu
Chriſtus Jeſus Sacramentu
inſtituit Pœnitentiæ, cum
xit; *i* Accipite Spiritum ſa
ctum: quorum remiſeri
peccata, remittuntur eis;
quorum retinueritis, reten
ſunt. Vnde docendum e
Chriſtiani hominis pœnite
tiam poſt lapſum multo
liam eſſe à baptiſmali; eaq
contineri non modo ceſſati
nem à peccatis, & eorum d
teſtationem, *k* aut cor contr
tum & humiliatum, veru
etiam eorumdem ſacrame
talem Confeſſionem ſaltem
voto, & ſuo tempore facie
dam, & ſacerdotalem Abſolu
tionem; itemque Satisfactio
nem per jejunia, eleemoſy
nas, orationes, & alia pia ſp
ritualis vitæ exercitia; no
quidem pro pœna æterna
quæ vel Sacramento, vel Sa
cramenti voto una cum culp
remittitur, ſed pro pœna tem
porali; quæ, ut ſacræ Litter
docent, non tota ſemper, u
in *l* Baptiſmo fit, dimittitu
illis, qui gratiæ Dei qua
m acceperunt, ingrati Spir
tum ſanctum contriſtaverun
& *n* templum Dei violare no
ſunt veriti. De qua pœniten
tia ſcriptum eſt: *o* Memo
eſt

a *Rom.* 14. *Philip.* 1. 2 *Cor.* 8. b *Philip.* 1. & 2. c 1 *Cor.* 10. d *Philip.* 2. e 1 *Petr.* 1. *a.* f *Rom.* 8. g *Infra Can.* 23. & 29. h *Hieron. tom.* 1. *in Epiſt. ad Demet. quæ incipit,* Inter omnes. & *in cap. Secunda poſt naufragium, de Pœnit. Diſt.* 1. i *Ioan.* 20. *Matt.* 16. c. *Vt conſtitueretur Diſt.* 50 c. *Vt evidenter* 1. *q.* 1. *cum ſim* *infra Seſſ.* 14. *de Pœnit. cap.* 3 k *Pſalm.* 50. c. *Sacrificium.* d *Pœnit. diſt.* 1. l *Florent. Conc* *in Decretis Eugenii.* m *Eph* 4. g. n 1 *Cor.* 3. o *Apoc.* 2 c. *Quia ſanctitas.* 50. *Diſt.* & c. *Miror. de Pœnit. Diſt.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

o unde excideris : age pœ-
entiam , & prima opera
. Et iterum : *a* Quæ ſe-
ndum Deum triſtitia eſt,
enitentiam in ſalutem ſta-
em operatur. Et rurſus
Pœnitentiam agite, & faci-
fructus dignos Pœnitentiæ.

CAPVT XV.

olibet mortali peccato amitti gratiam , ſed non fidem.

Dverſus etiam hominum
quorumdam callida inge-
, qui *c* per dulces ſermo-
, & benedictiones ſeducunt
rda innocentium , aſſeren-
m eſt , non modo infideli-
e , per quam & ipſa fides
ittitur, ſed etiam quocum-
e alio mortali peccato ,
amvis non amittatur fides,
ceptam juſtificationis gra-
m amitti , divinæ legis do-
inam defendendo : *d* quæ
egno Dei non ſolum infi-
es excludit , ſed *e* & fide-
quoque , fornicarios , ad-
eros, molles , maſculorum
ncubitores , fures , avaros,
ioſos, maledicos, rapaces,
eroſque omnes qui leta-
committunt peccata ; *f* à
ibus cum divinæ gratiæ
umento abſtinere poſſunt,
pro quibus à Chriſti gratia
arantur.

CAPVT XVI.

fructu juſtificationis, hoc eſt, e merito bonorum operum, deque ipſius meriti ratione.

HAc igitur ratione juſtificatis hominibus ſive acceptam gratiam perpetuo conſervaverint , ſive amiſſam recuperaverint , proponenda ſunt Apoſtoli verba : *g* Abundate in omni opere bono , ſcientes , quod labor veſter non eſt inanis in Domino , *h* non enim injuſtus eſt Deus , ut oblivi ſcatur operis veſtri , & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine ipſius. Et , Nolite *i* amittere confidentiam veſtram , quæ magnam habet remunerationem. Atque ideo bene operantibus, *k* uſque in finem , & in Deo ſperantibus proponenda eſt vita æterna , & tamquam gratia filiis Dei per Chriſtum Jeſum miſericorditer promiſſa ; & *l* tamquam merces ex ipſius Dei promiſſione bonis ipſorum operibus & meritis fideliter reddenda. hæc eſt enim illa *m* corona juſtitiæ, quam poſt ſuum certamen & curſum repoſitam ſibi eſſe aiebat Apoſtolus , à juſto Judice ſibi reddendam : non ſolum autem ſibi , ſed & omnibus qui diligunt adventum ejus. cum enim ille ipſe Chriſtus Jeſus tamquam caput in membra , & tamquam *n* vitis in palmites , in ipſos juſtificatos jugiter virtutem influat; quæ virtus bona eorum opera ſemper antecedit, & comitatur , & ſubſequitur, & ſine qua nullo pacto Deo grata & meritoria eſſe poſſent ; nihil ipſis juſtificatis amplius deeſſe credendum eſt, quo minus plene illis quidem operibus , quæ in Deo ſunt facta, divinæ legi pro hujus vitæ ſtatu ſatisfeciſſe , & vitam æternam ſuo etiam tempore,

a ſi

. 2 *Corinth.* 7. b *Matth.* & 4. *Lucæ* 5. *Infra Can.* 17. *Rom.* 16. d 1 *Timoth.* 1. 1 *Cor.*6. f *Philip.* 4. 2 *Cor.* . c. *Quod dicit. Diſtinct.* 41. 1 *Cor.*15. h *Heb.*6. c. *Non eſt tam injuſtus. de Pœnit. Diſt* 2. i *Hebr.* 10. *in fine. infra Can.* 26. k *Matth.* 10. l *Pſal.*102. *Rom.* 5. m 2 *Timoth.* 4. n *Ioan.* 15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

a ſi tamen in gratia deceſſerint, conſequendam, vere promeruiſſe cenſeantur: cum Chriſtus, Salvator noſter, dicat: *b* Si quis biberit ex aqua quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum; ſed fiet in eo fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Ita *c* neque propria noſtra juſtitia, tamquam ex nobis propria ſtatuitur: neque ignoratur aut repudiatur juſtitia Dei, quæ enim juſtitia noſtra dicitur, quia per eam nobis inhærentem juſtificamur, illa eadem Dei eſt, quia à Deo nobis infunditur per Chriſti meritum. Neque vero illud omittendum eſt; quod licet bonis operibus, in ſacris Litteris uſque adeò tribuatur, ut etiam *d* qui uni ex minimis ſuis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Chriſtus eum non eſſe ſua mercede cariturum: & Apoſtolus *e* teſtetur, id quod in præſenti eſt momentaneum, & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operari in nobis: abſit tamen, ut Chriſtianus homo in ſe ip vel confidat, *f* vel glorie & non in Domino; cujus ta eſt erga omnes hom bonitas: ut *g* eorum v eſſe merita, quæ ſunt ip dona. Et quia *h* in multis fendimus omnes, unuſqu que ſicut miſericordiam bonitatem, ita ſeveritaten judicium ante oculos hab debet, neque ſe ipſum aliqu *i* etiam ſi nihil ſibi conſc fuerit, judicare: quoni omnis hominum vita non h mano judicio examinanda judicanda eſt, ſed Dei: *k* illuminabit abſcondita te brarum, & manifeſtabit c ſilia cordium; & tunc l erit unicuique à Deo: qui, ſcriptum eſt, *l* reddet uuic que ſecundum opera ſua.

Poſt hanc Catholicam Juſtificatione doctrinam quam niſi quiſque fideli firmiterque receperit, juſti cari non poterit; placuit ſa ctæ Synodo hos Canones ſu jungere, ut omnes ſcian non ſolum quid tenere & qui, ſed etiam quid vitare fugere debeant.

DE JVSTIFICATIONE.

CANON I.

Si quis dixerit, *m* hominem ſuis operibus, quæ vel per humanæ naturæ vel per legis doctrinam fiant, abſque divina per Jeſum Chriſtum gratia poſſe juſtificari coram Deo; anathema ſit.

CANON II.

Si quis dixerit, ad hoc ſolum divinam gratiam p Chriſtum Jeſum dari, ut fac lius homo *n* juſte vivere, vitam æternam promere poſſit; quaſi per liberum a bitrium ſine gratia utrun que, ſed ægre tamen & diffi culter poſſit: anathema ſit.

CANON III.

Si quis dixerit, ſine præv nien

a *Apoc.* 14. b *Joan.* 4. c *Rom.* 10. d *Matth.* 10. *in fine & Marc.* 9. *circa fin.* e 2 *Cor.* 4. f 1 *Cor.* 1. *in fine,* 2 *Cor.* 10. *in fine, Gal.* 6. *Jer.* 9. g *Ex Epiſt. Caleſt.* 1. c. 12. h *Jac.* 3. i 1 *Cor.* k *Ibid.* l *Matt.* 16. *Rom.* m *Supra cap.* 1. & 3. *Rom.* 1 *Corinth.* 15. n *Con. Af cap.* 80. & *c. ult. de Con Diſt.* 4. *ex Conc. Milevit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

‑nte *a* Spiritus ſancti in‑ ‑ratione, atque ejus adju‑ ‑rio, hominem credere, ſpe‑ ‑e, diligere, aut pœnitere ‑ſſe ſicut oportet, ut ei ju‑ ‑ficationis gratia confera‑ ‑: anathema ſit.

CANON IV.

‑i quis dixerit, *b* liberum ‑minis arbitrium à Deo mo‑ ‑n, & excitatum, nihil co‑ ‑erari aſſentiendo Deo exci‑ ‑nti, atque vocanti, quo ‑obtinendam juſtificationis ‑atiam ſe diſponat, ac *c* præ‑ ‑ret; neque poſſe diſſen‑ ‑e, ſi velit, ſed veluti inani‑ ‑e quoddam nihil omnino ‑ere, mereque paſſive ſe ha‑ ‑re: anathema ſit.

CANON V.

Si quis *d* liberum hominis ‑bitrium poſt Adæ pecca‑ ‑m amiſſum & exſtinctum ‑è dixerit, aut rem eſſe de ‑o titulo, imo titulum ſine ‑, figmentum denique à ſa‑ ‑na invectum in Eccleſiam: ‑athema ſit.

CANON VI.

Si quis dixerit, *e* non eſſe ‑ poteſtate hominis, vias ‑as malas facere, ſed mala ‑pera, ita ut bona, Deum o‑ ‑rari, non permiſſive ſolum, ‑d etiam proprie, & per ſe, ‑eo, ut ſit proprium ejus ‑pus non minus proditio Ju‑ ‑e, quam vocatio Pauli: ‑athema ſit.

CANON VII.

Si quis dixerit, opera om‑ ‑a, quæ ante juſtificationem fiunt, quacumque ratione facta ſint, vere eſſe peccata, vel odium Dei mereri; aut, quanto vehementius quis nititur ſe diſponere ad gratiam, tanto eum gravius peccare; anathema ſit.

CANON VIII.

Si quis dixerit *f* gehennæ metum, per quem ad miſericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abſtinemus, peccatum eſſe, aut peccatores pejores facere; anathema ſit.

CANON IX.

Si quis dixerit, *g* ſola fide impium juſtificari, ita ut intelligat nihil aliud requiri, quod ad juſtificationis gratiam conſequendam cooperetur, & nulla ex parte neceſſe eſſe eum ſuæ voluntatis motu præparari, atque diſponi; anathema ſit.

CANON X.

Si quis dixerit, homines *h* ſine Chriſti juſtitia, per quam nobis meruit, juſtificari, aut per eam ipſam formaliter juſtos eſſe; anathema ſit.

CANON XI.

Si quis dixerit, homines juſtificari vel ſola imputatione juſtitiæ Chriſti, vel ſola peccatorum remiſſione, excluſa gratia, & charitate, quæ *i* in cordibus eorum per Spiritum ſanctum diffundatur, atque illis inhæreat; aut etiam gratiam, qua juſtificamur, eſſe tantum favorem Dei; anathema ſit.

CA‑

a *Concil. Arauſ. 2. c. 6. ſu‑ ‑r cap. 5. Rom. 5.* b *Arau‑ ‑anum 2. cap. 3. 4. 5. 6. 9. ‑25.* c *Eccli. 15.* d *Vide ‑Aug. l. 1. contra 2. Epiſt. Pe‑ ‑g. cap. 2.* e *Vide Aug. ibid. ‑3. & Proſ. Sentent. 14. ad cap. Gallorum, & reſponſ. ad 10. objećt. Vincent. Ioan. 1 Conc. Arauſican. 2. circa fin.* f *Pſal. 17. Lucæ 12. & Matth. 9. in fin.* g *Supra c. 7. & 8.* h *Supra cap. 7. Gal. 2. & 5. Epheſ. 1. & 4.* i *Rom. 5.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

CANON XII.

Si quis dixerit, *a* fidem juſtificantem nihil aliud eſſe quam fiduciam divinæ miſericordiæ, peccata remittentis propter Chriſtum; vel eam fiduciam ſolam eſſe, qua juſtificamur; anathema ſit.

CANON XIII.

Si quis dixerit, omni homini ad remiſſionem peccatorum aſſequendam neceſſarium eſſe, ut credat certo, & abſque ulla hæſitatione propriæ infirmitatis & indiſpoſitionis peccata ſibi eſſe remiſſa; anathema ſit.

CANON XIV.

Si quis dixerit, *b* hominem à peccatis abſolvi, ac juſtificari ex eo, quod ſe abſolvi ac juſtificari certo credat; aut neminem vere eſſe juſtificatum, niſi qui credat ſe eſſe juſtificatum, & hac ſola fide abſolutionem & juſtificationem perfici; anathema ſit.

CANON XV.

Si quis dixerit, *c* hominem renatum & juſtificatum teneri ex fide ad credendum, ſe certo eſſe in numero prædeſtinatorum; anathema ſit.

CANON XVI.

d Si quis magnum illud uſque in finem perſeverantiæ donum ſe certo habiturum, abſoluta & infallibili certitudine dixerit; niſi hoc ex ſpeciali revelatione didicerit; anathema ſit.

CANON XVII.

Si quis juſtificationis gratiam non niſi prædeſtinati[...] vitam contingere dixerit [...] liquos vero omnes qui voc[...] tur, vocari quidem, ſed g[...] tiam non accipere, ut[...] e divina poteſtate prædeſt[...] tos ad malum; anathema [...]

CANON XVIII[...]

Si quis dixerit, *f* Dei p[...] cepta homini etiam juſtifi[...] to, & ſub gratia conſtitu[...] eſſe ad obſervandum impo[...] bilia; anathema ſit.

CANON XIX.

Si quis dixerit, *g* nihil pr[...] ceptum eſſe in Euangelio p[...] ter fidem, cetera eſſe indif[...] rentia, neque præcepta, neq[...] prohibita, ſed libera; aut [...] cem præcepta nihil pertin[...] ad Chriſtianos; anathema [...]

CANON XX.

Si quis hominem juſtific[...] tum, & *h* quantumlibet pe[...] fectum, dixerit non teneri [...] obſervantiam mandatoru[...] Dei, & Eccleſiæ, ſed tantu[...] ad credendum; quaſi ve[...] Evangelium ſit nuda & abſ[...] luta promiſſio vitæ ætern[...] ſine conditione obſervation[...] mandatorum; anathema ſi[...]

CANON XXI.

Si quis dixerit, Chriſtu[...] Jeſum à Deo hominibus d[...] tum fuiſſe ut redemptore[...] cui fidant; *i* non etiam ut le[...] giſlatorem, cui obediant[...] anathema ſit.

CANON XXII.

Si quis dixerit, *k* juſtificatum [...] vel ſine ſpeciali auxilio Dei [...] in accepta juſtitia perſeverar[...] poſſe

a *Supra cap.* 9. b *Supra cap.* 9. c *Aug. c.* 13. *lib. de Corrupt. & gratia. ſupra c.* 12. d *Aug. lib. de Bono Perſev. cap.* 13. *ſupra c.* 12, & 23. *Galat.* 5. *Ezech.* 18. e *Concil. Arauſ.* 2. *cap.* 25. f *Supr[...] cap.* 11. *Ioan.* 5. g *Clement[...] Ad noſtram.* §. 3. *de hæret[...]* h *Supra cap.* 11. i *Iſaiæ* 33. *d[...] Matth.* 1. 2. 6. k *Supr[...] cap.* 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

ſe, vel cum eo non poſſe: thema ſit.

CANON XXIII.

quis hominem ſemel ju- catum dixerit *a* amplius care non poſſe, neque tiam amittere, atque ideo n qui labitur, & peccat, nquam vere fuiſſe juſtifica- , aut contra poſſe in tota a peccata omnia, etiam ialia, vitare, niſi ex ſpe- li Dei privilegio, quem- modum de beata Virgine et Eccleſia: anathema ſit.

CANON XXIV.

i quis dixerit, *b* juſtitiam eptam non conſervari, at- e etiam augeri coram Deo bona opera: ſed opera ipſa ctus ſolum modo & ſigna juſtificationis adeptæ, non em ipſius augendæ cau- : anathema ſit.

CANON XXV.

i quis in quolibet bono o- e juſtum *c* ſaltem veniali- peccare dixerit, aut, quod olerabilius eſt, mortali- , atque ideo pœnas æter- mereri, tantumque ob id n damnari, quia Deus ea era non imputet ad damna- nem: anathema ſit.

CANON XXVI.

i quis dixerit, *d* juſtos non ere pro bonis operibus, e in Deo fuerint facta, ex- ctare & ſperare æternam ributionem à Deo per ejus ericordiam, & Jeſu Chri- meritum, ſi bene agendo, divina mandata cuſtodien- uſque *e* in finem perſevera- int: anathema ſit.

CANON XXVII.

Si quis dixerit, *f* nullum eſſe mortale peccatum, niſi infidelitatis, aut nullo alio, quantumvis gravi & enormi, præterquam infidelitatis, pec- cato, ſemel acceptam gratiam amitti: anathema ſit.

CANON XXVIII.

Si quis dixerit, amiſſa per peccatum gratia, ſimul & fi- dem ſemper amitti; aut fi- dem, quæ remanet, non eſſe veram fidem, licet non ſit vi- va; aut eum qui fidem ſine charitate habet, non eſſe Chriſtianum: anathema ſit.

CANON XXIX.

Si quis dixerit, *g* eum, qui poſt Baptiſmum lapſus eſt, non poſſe per Dei gratiam re- ſurgere; aut poſſe quidem, ſed ſola fide amiſſam juſti- tiam recuperare ſine Sacra- mento pœnitentiæ, prout ſancta Romana, & univerſa- lis Eccleſia, à Chriſto Domi- no, & ejus Apoſtolis edocta hucuſque profeſſa eſt, ſerva- vit, & docuit: anathema ſit.

CANON XXX.

Si quis poſt acceptam juſti- ficationis gratiam, cuilibet peccatori pœnitenti ita cul- pam remitti, & reatum æter- næ pœnæ deleri dixerit, *h* ut nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exſolvendæ vel in hoc ſæculo, vel in futuro in *i* Purgatorio, antequam ad regna cœlorum aditus patere poſſit: anathema ſit.

CANON XXXI.

Si quis dixerit, juſtifica- tum peccare, *l* dum intuitu

C æter-

a *Supra c.* 14. b *Supra c.* c *Supra c.* 11. *in fin.* *Supra cap.* 16. e *Matt.* 24. *Corinth.* 6. *ſupra cap.* 15.

g *Supra cap.* 14. h *Infra Seſſ.* 14. *cap.* 8. i *Infra Seſſ.* 25. *in prin.* l *Supra c.* 11. *in fin.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

æternæ mercedis bene operatur; anathema ſit.

CANON XXXII.

Si quis dixerit, hominis juſtificati bona opera ita eſſe dona Dei, ut non ſint etiam bona ipſius juſtificati merita, aut, ipſum juſtificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Ieſu Chriſti meritum, cujus vivum membrum eſt, fiunt, non vere mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipſius vitæ æternæ, ſi tamen in gratia deceſſerit, conſecutionem, atque etiam gloriæ augmentum; anathema ſit.

CANON XXXIII.

Si quis dixerit, per hanc doctrinam Catholicam de juſtificatione, à ſancta Synodo hoc præſenti decreto expreſſam, aliqua ex parte gloriæ Dei, vel meritis Jeſu Chriſti Domini noſtri, derogari, & non potius veritatem fidei noſtræ, Dei denique ac Chriſti Jeſu gloriam illuſtrari; anathema ſit.

Decretum de Reformatione.

CAPUT I.

Prælatos convenit in Eccleſiis ſuis reſidere; ſi ſecus fecerint, juris antiqui pœnæ in eos innovantur, & novæ decernuntur.

EAdem ſacroſancta Synodus, eiſdem præſentibus Apoſtolicæ Sedis Legatis, ad reſtituendã collapſam admodum Eccleſiaſticam diſciplinam depravatoſque in clero,
& populo Chriſtiano mo[...]
emendandos ſe accingere v[...]
lens, ab iis qui majoribus e[...]
cleſiis præſunt, initium ce[...]
ſuit eſſe ſumendum, *a* in[...]
gritas enim præſidentium, [...]
lus eſt ſubditorum. Confide[...]
itaque per Domini ac Dei n[...]
ſtri miſericordiam, prov[...]
damque ipſius Dei in ter[...]
b Vicarii ſolertiam omni[...]
futurum, ut ad eccleſiaru[...]
regimen, onus quippe ang[...]
licis humeris formidandu[...]
qui maxime digni fuerin[...]
quorumq; prior vita, ac o[...]
nis ætas, à puerilibus exordi[...]
uſque ad perfectiores ann[...]
per diſciplinæ ſtipendia e[...]
cleſiaſticæ laudabiliter act[...]
teſtimonium præbeat, ſecu[...]
dum venerabiles beatoru[...]
c Patrum ſanctiones aſſuma[...]
tur; omnes Patriarchalibu[...]
Primatialibus, Metropolit[...]
nis, & cathedralibus eccleſi[...]
quibuſcumque, quovis n[...]
mine ac titulo, præfectos m[...]
net, ac monitos eſſe vult, [...]
d attendentes ſibi, & unive[...]
ſo gregi, in quo Spiritus ſa[...]
ctus poſuit eos regere Eccl[...]
ſiam Dei, quam acquiſiv[...]
ſanguine ſuo, vigilent, ſic[...]
Apoſtolus præcipit, *e* in om[...]
nibus laborent, & miniſte[...]
rium ſuum impleant: imple[...]
re autem illud ſe nequaqua[...]
poſſe ſciant, ſi greges ſib[...]
commiſſos mercenariorum
more deſerant, atque oviu[...]
ſuarum, quarum *f* ſangui[...]
de eorum eſt manibus à ſupre[...]
mo Judice requirendus, cu[...]
ſtodiæ minimè incumbant
cum certiſſimum ſit, *g* non ad
mitt[...]

a *c. Miramur. 61. Diſt.* b *cap. Inter corporalia, de tranſlat. Epiſc.* c *c. In ſacerdotibus, & c. Epiſcopum 61. Diſt. c. fi. 57. Diſt. Con. Sardic. cap. 13. & infra Seſſ. 24. de refor. cap. 1.* d *Act. 20.* e *2 Tim. 4. Ioan. 10. c. Sit rector. 43. Diſt. c. Adverſitas 7. q. 1. pal. c. Niſi d[...]renum.* f *Ezech. 33. & 34[...] Act. 20.* g *c. Epheſiis 43[...] Diſt. c. 1. 13. q. 1. & infra Seſſ. 24. c. 1. in fi. de reform.*

itti paſtoris excuſationem, lupus oves comedit, & pa- or neſcit, Ac nihilominus, uia nonnulli, quod vehe- enter dolendum eſt, hoc mpore reperiuntur, qui pro- riæ etiam ſalutis immemo- s, terrenaque cæleſtibus, c divinis humana præferen- s, in diverſis curiis vagan- ur, aut in negotiorum tem- oralium ſolicitudine, ovili relicto, atqne ovium ſibi ommiſſarum cura neglecta, detinent occupatos: pla- uit ſacroſanctæ Synodo, antiquos canones, qui tem- orum atq; hominum injuria ene in deſuetudinem abie- unt, adverſus non reſidentes omulgatos innovare; quem- dmodum virtute præſentis ecreti innovat, ac ulterius, ro firmiori eorumdem reſi- entia, & reformandis in Ec- leſia moribus, in hunc, qui quitur, modum ſtatuere, que ſancire. *b* Si quis à Pa- riarchali, Primatiali, Me- ropolitana, ſeu cathedrali cleſia, ſibi quocumque ti- ulo, cauſa, nomine, ſeu jure ommiſſa, quacumque ille ignitate, gradu, & præe- inentia præfulgeat, legiti- no impedimento, ſeu juſtis & rationalibus *d* cauſis ceſ- antibus: ſex menſibus conti- uis extra ſuam diœceſim norando abfuerit: quartæ artis fructuum unius anni, abricæ eccleſiæ, pauperibus oci per ſuperiorem eccleſia- ticum applicandorum, pœ- am ipſo jure incurrat. *e* Quod per alios ſex menſes in hu- uſmodi abſentia perſevera- verit: aliam quartam par- tem fructuum ſimiliter appli- candam eo ipſo amittat. Cre- ſcente vero contumacia, ut ſeveriori ſacrorum canonum cenſuræ ſubjiciatur, Metro- politanus Suffraganeos Epi- ſcopos abſentes, Metropo- litanum vero abſentem Suf- fraganeus Epiſcopus anti- quior reſidens, pœna inter- dicti ingreſſus eccleſiæ eo ipſo incurrenda infra tres menſes per litteras ſeu nun- tium Romano Pontifici de- nunciare teneatur: qui in ip- ſos abſentes, prout cujuſque major aut minor contumacia exegerit, ſuæ ſupremæ Sedis auctoritate animadvertere, & eccleſiis ipſis *f* de Paſtoribus utilioribus providere poterit, ſicut in Domino noverit ſa- lubriter expedire.

CAPUT II.

Nulli beneficium exigens perſo- nalem reſidentiam obtinenti abeſſe licet, niſi juſta de cau- ſa ab Epiſcopo approbanda: qui tum etiam vicarium ſub- ducta parte fructuum ſubſti- tuat, ob curam animarum.

EPiſcopi inferiores, quæ- vis beneficia eccleſiaſtica perſonalem reſidentiam de ju- re ſive conſuetudine exigen- tia, in titulum ſive commen- dam obtinentes, ab eorum Or- dinariis, quemadmodum eis pro bono eccleſiarum regi- mine, & divini cultus au- gmento, locorum & perſo- narum qualitate penſata, ex- pediens videbitur, opportu- nis juris remediis reſidere co- gan-

a *c. Pervenit, cum multis ſeq.* .*q.* I. *De cler. non reſid. per otum, & c. Cum ex eo de elect.* n 6. b *Novas adhuc pœnas djecit Pius* IV. *in Bulla.* In uprema 1564. c *Vide Seſſ.* 23. *c.* I. *de refor. ubi cauſæ ſub- indicantur.* d *c. Ex tuæ. de cler. non reſid. cap. Quoniam. §. Porro, utili. non conteſt.* e *Infra Seſſ.* 23. *de refor. c.* I. f *c. Ex parte, de cler. non reſid.*

gantur: nullique privilegia ſeu indulta perpetua de non reſidendo, aut de fructibus in abſentia percipiendis, *a* ſuffragentur. Indulgentiis vero, & diſpenſationibus temporalibus, ex veris & rationabilibus cauſis tantum conceſſis, & *b* coram Ordinario legitime probandis, in ſuo robore permanſuris: quibus caſibus nihilominus officium ſit Epiſcoporum, tamquam in hac parte *c* à Sede Apoſtolica delegatorum, providere, ut per deputationem idoneorum Vicariorum, & *d* congruæ portionis fructuum aſſignationem, cura animarum nullatenus negligatur: nemini, quoad hoc, privilegio ſeu exemptione quacumque ſuffragante.

CAPUT III.

Exceſſus ſæcularium Clericorum, & regularium agentium extra monaſteria, ab Ordinario loci corrigantur.

Eccleſiarum Prælati ad corrigendum ſubditorum exceſſus prudenter ac diligenter intendant: & nemo ſæcularis Clericus, cujuſvis *e* perſonalis, vel regularis extra monaſterium degens, etiam ſui Ordinis privilegii *f* prætextu tutus cenſeatur, quo minus, ſi deliquerit, ab Ordinario loci, tamquam ſuper hoc à Sede Apoſtolica delegato, ſecundum canonicas ſanctiones viſitari, puniri, & corrigi valeat.

CAPUT IV.

Eccleſias quaſcumque Epiſcopi & alii majores Prælati, quoties opus fuerit, viſitent; omnibus quæ huic decreto obſtare poſſent ſublatis.

Capitula *g* cathedralium, & aliarum majorum eccleſiarum, illorumque perſonæ, nullis exemptionibus, conſuetudinibus, ſententiis, juramentis, concordiis, quæ tantum ſuos obligent auctores, non etiam ſucceſſores, tueri ſe poſſint, quo minus à ſuis Epiſcopis, & aliis majoribus prælatis, per ſe ipſos ſolos, vel illis, quibus ſibi videbitur, adjunctis, juxta *h* canonicas ſanctiones, toties quoties opus fuerit, viſitari, corrigi, & emendari, etiam auctoritate Apoſtolica, poſſint & valeant.

CAPUT V.

Epiſcopi in aliena Diœceſi nec Pontificalia exerceant, nec Ordines conferant.

Nulli Epiſcopo liceat, cujuſvis privilegii prætextu, *i* Pontificalia in alterius diœceſi exercere, niſi de Ordinarii loci expreſſa licentia, & in perſonas eidem Ordinario ſubjectas tantum; ſi ſecus factum fuerit, Epiſcopus ab exercitio Pontificalium, & ſic ordinati ab executione Ordinum ſint ipſo jure ſuſpenſi.

In-

a c. ſi. de reſc. in 6. b Roboratur declar. Pii IV. 1564. 14 Novembr. c c. Cum ex eo de elect. in 6. c. Beneficium. de regul. eod. & infra Seſſ 7. c. 5. & 7. de refor d Vide Conſt. Pii V. Ad exſequendum. 1567. e Refer. ad vocem privilegii. f infra Seſſ. 14. cap. 4. & 5. de reformat.

g Seſſ. 25. c. 6. de refor. & c. 4. de refor. Seſſ. 14. h Inf. Seſſ. ult. de reform. cap. 6. i Vide 1 Nicæ. c. 15. & 16. & 2. Arelat. c. 13. & Antioch. ſub Iulio I. cap. 3. Sard. c. 18. & 19. & 3. Cart. c. 20. & 21. Concil. Aurel. 3. c. 15. c. Placuit. cum ſeq. 7. q. 1. & infra Seſſ. 14. de reform. c. 2. 3. & 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

Indictio futuræ Seſsionis.

Placetne vobis, proximam futuram Seſſionem celebrari die Jovis feria quinta poſt primam Dominicam ſubſequentis Quadrageſimæ, quæ erit dies tertia menſis Martii? *Reſponderunt,* Placet.

SESSIO SEPTIMA, CELEBRATA DIE III. MENSIS MARTII. M D XLVII.

Decretum de Sacramentis.

PROOEMIVM.

AD conſummationem ſalutaris de juſtificatione doctrinæ, quæ in præcedenti proxima Seſſione uno omnium Patrum conſenſu promulgata fuit; conſentaneū viſum eſt de ſanctiſſimis Eccleſiæ Sacramentis agere, per quæ omnis vera juſtitia vel *a* incipit, vel cœpta augetur, vel amiſſa reparatur. Propterea ſacroſancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitime congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis Legatis, ad errores eliminandos, & extirpandas hæreſes, quæ circa ſanctiſſima ipſa Sacramenta hac noſtra tempeſtate, tum de damnatis olim à Patribus noſtris hæreſibus ſuſcitatæ, tum etiam de novo adinventæ ſunt, quæ Catholicæ Eccleſiæ puritati, & animarum ſaluti magnopere officiunt, ſanctarum Scripturarum doctrinæ, Apoſtolicis traditionibus, atque aliorum conciliorum & Patrum conſenſui inhærendo, hos præſentes canones ſtatuendos, & decernendos cenſuit; reliquos, qui ſuperſunt ad cœpti operis perfectionem, deinceps, divino Spiritu adjuvante, editura.

DE SACRAMENTIS IN GENERE.

CANON I.

Si quis dixerit, *b* Sacramenta novæ legis non fuiſſe omnia à Jeſu Chriſto, Domino noſtro, inſtituta; aut eſſe plura vel pauciora quam ſeptem, videlicet, Baptiſmum, Confirmationem, *c* Euchariſtiam, Pœnitentiam, extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium; aut etiam aliquod horum ſeptem non eſſe vere & proprie Sacramentum; anathema ſit.

CANON II.

Si quis dixerit, ea ipſa novæ legis Sacramenta à Sacramentis antiquæ legis non differre, niſi quia cæremoniæ ſunt aliæ, & alii ritus externi; anathema ſit.

CANON III.

Si quis dixerit, *d* hæc ſeptem Sa-

a *c. Nulla. de Conſ. Diſt.* 4. b *Concil. Florent. in Decretis Eugenii ad Armenos.* c *c. Ad abolendam de haret.* d *c. Nihil. de Conſ. Diſt.* 2. *cum ſimil.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

Sacramenta ita eſſe inter ſe paria, ut nulla ratione aliud ſit alio dignius; anathema ſit.

CANON IV.

Si quis dixerit, Sacramenta novæ legis non eſſe ad ſalutem neceſſaria, ſed ſuperflua; & ſine eis, aut eorum voto per ſolam fidem homines à Deo gratiam *a* juſtificationis adipiſci; licet omnia ſingulis neceſſaria non ſint; anathema ſit.

CANON V.

Si quis dixerit, hæc Sacramenta propter ſolam fidem nutriendam inſtituta fuiſſe: anathema ſit.

CANON VI.

Si quis dixerit, *b* Sacramenta novæ legis non continere gratiam, quam ſignificant, aut gratiam ipſam non ponentibus obicem non conferre, quaſi ſigna tantum externa ſint, acceptæ per fidem gratiæ, vel juſtitiæ, & notæ quædam Chriſtianæ profeſſionis, quibus apud homines diſcernuntur fideles ab infidelibus: anathema ſit.

CANON VII.

Si quis dixerit, non dari gratiam per hujuſmodi Sacramenta ſemper, & omnibus, quantum eſt ex parte Dei, etiam ſi rite ea ſuſcipiant, ſed aliquando, & aliquibus: anathema ſit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, per ipſa novæ legis Sacramenta ex ope[re] operato non conferri gr[a]tiam, ſed ſolam fidem div[i]næ promiſſionis ad gratia[m] conſequendam ſufficere; an[a]thema ſit.

CANON IX.

Si quis dixerit, *c* in trib[us] Sacramentis, Baptiſmo ſcil[i]cet, Confirmatione, & Ord[i]ne, non imprimi charact[e]rem in anima, hoc eſt, ſignu[m] quoddam ſpiritale, & indel[e]bile, unde ea iterari non po[ſ]ſunt: anathema ſit.

CANON X.

Si quis dixerit, *d* Chriſtia[nos] omnes in verbo, & omn[i]bus Sacramentis adminiſtran[dis] habere poteſtatem: anathema ſit.

CANON XI.

Si quis dixerit, *e* in mini[ſ]ſtris, dum Sacramenta con[fi]ciunt, & conferunt, non re[quiri] intentionem ſaltem fa[ci]ciendi quod facit Eccleſia[:] anathema ſit.

CANON XII.

Si quis dixerit, *f* miniſtrum in peccato mortali exiſten[tem], modo omnia eſſentialia quæ ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, ſervaverit, non conficere, aut conferre Sacramentum: anathema ſit.

CANON XIII.

Si quis dixerit, receptos & approbatos Eccleſiæ Catholicæ ritus, in ſolemni Sacramen-

a *Super Seſſ. 6. de Iuſtif. c. 5. & can 7.* b *Concil. Florent. ſub Eug. 4. in decr. de Sac.* c *Infr. Seſſ 23. Can. 4. ex Decretis Eugenii in Concil. Flor.* d *Vide Con. Carth. 4. c. 98. & Conc. Conſtant. art. 13. Ioan. Wiclef. Infra Seſſ. 14. de Pœnit. c. 6.* d *Concil. Florent. in Decretis Eugenii.* f *Idem error damnatur in Wiclef. à Conc. Conſtan. Seſſ. 8. c. Multæ. c. Remiſſionem. c. Chriſtus, cum plur. ſeq. 1. q. 1. c. ult. 15. q. ult.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

[...]ntorum adminiſtratione [...]iberi conſuetos, aut con[...]ni, aut ſine peccato à mi[...]ris pro libitu omitti, aut in novos alios per quemcumque eccleſiarum Paſtorem mutari poſſe: anathema ſit.

DE BAPTISMO.

CANON I.

[...]i quis dixerit, *a* Bapti[...]um Joannis habuiſſe eam[...]n vim cum Baptiſmo Chri[...]; anathema ſit.

CANON II.

[...]i quis dixerit, *b* aquam [...]am & naturalem non eſſe [...]neceſſitate Baptiſmi, atque [...]o verba illa Domini noſtri [...]ſu Chriſti: *c* Niſi quis rena[...] fuerit ex aqua, & Spiritu [...]ncto; ad metaphoram ali[...]am detorſerit; anathema [...]

CANON III.

[...]i quis dixerit, in Eccleſia [...]mana, quæ omnium ec[...]ſiarum *d* mater eſt, & ma[...]tra, non eſſe veram de Ba[...]iſmi Sacramento doctri[...]m; anathema ſit.

CANON IV.

Si quis dixerit, *e* Bapti[...]um, qui etiam datur ab [...]ereticis in nomine Patris, & [...]lii, & Spiritus ſancti, cum [...]ntentione faciendi quod fa[...] Eccleſia, non eſſe verum [...]ptiſmum; anathema ſit.

CANON V.

Si quis dixerit, *f* Bapti[...]um liberum eſſe, hoc eſt, [...]on neceſſarium ad ſalutem; [...]athema ſit.

CANON VI.

Si quis dixerit, baptizatum non poſſe, etiam ſi velit, gratiam amittere, quantumque peccet, niſi nolit credere; anathema ſit.

CANON VII.

Si quis dixerit, *g* baptizatos per Baptiſmum ipſum, ſolius tantum fidei debitores fieri, non autem univerſæ legis Chriſti ſervandæ; anathema ſit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, baptizatos liberos eſſe ab omnibus ſanctæ Eccleſiæ præceptis, quæ vel ſcripta, vel tradita ſunt, ita ut ea obſervare non teneantur, niſi ſe ſua ſponte illis ſubmittere voluerint: anathema ſit.

CANON IX.

Si quis dixerit, ita revocandos eſſe homines ad Baptiſmi ſuſcepti memoriam, ut vota omnia, quæ poſt Baptiſmum fiunt, vi promiſſionis in Baptiſmo ipſo jam factæ, irrita eſſe intelligant, quaſi per ea, & fidei, quam profeſſi ſunt, detrahatur, & ipſi Baptiſmo: anathema ſit.

CANON X.

Si quis dixerit, peccata omnia

[...] *Aug. Enchiridii cap.* 49. *c.* [...]*ilii d.* & *c. Non regenerabantur. de Conſ. Diſt.*4. b *c. Pen.* [...] *Bapt. c. Filius.* & *c. Non dubito. de Conſ. Diſtinct.* 4. [...] *Ioan.* 3. d *c. Non decet.* [...] *Diſt. c. Ad abolendam. de hæret.* e *Concil. Florent. in Decretis Eugenii. c. Dictum.* §. *quod vero cum* 2. *capp. ſeqq.* 1. *q.* 1. f *Ioan.* 3. 1. *Nulla præter de Conſ. Diſtinct.* 4. g *Gal.* 5.

omnia, quæ poſt Baptiſmum fiunt, ſola recordatione, & fide ſuſcepti Baptiſmi vel dimitti, vel venalia fieri: anathema ſit.

CANON XI.

Si quis dixerit, verum, & rite collatum Baptiſmum *a* iterandum eſſe illi qui apud infideles fidem Chriſti negaverit, cum ad pœnitentiam convertitur: anathema ſit.

CANON XII.

Si quis dixerit, neminem eſſe baptizandum, niſi ea ætate, qua Chriſtus baptizatus eſt: vel in ipſo mortis articulo; anathema ſit.

CANON XIII.

Si quis dixerit, parvulos, eo quod actum credendi non habent, ſuſcepto Baptiſmo *b* inter fideles computandos non eſſe; ac propterea, cum ad annos diſcretionis pervenerint, eſſe rebaptizandos, aut præſtare omitti eorum Baptiſma, quam eos non actu proprio credentes baptizari in ſola fide Eccleſiæ; anathema ſit.

CANON XIV.

Si quis dixerit, hujuſmodi parvulos baptizatos, cum adoleverint, interrogandos eſſe an ratum habere velint, quod patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti ſunt, &, ubi ſe nolle reſponderint, ſuo eſſe arbitrio relinquendos: nec alia interim pœna ad Chriſtianam vitam cogendos, niſi ut ab Euchariſtiæ aliorumque Sacramentorum perceptione arceantur, donec reſipiſcant: anathema ſit.

DE CONFIRMATIONE.

CANON I.

Si quis dixerit, *c* Confirmationem baptizatorum otioſam cæremoniam eſſe, & non potius verum & proprium Sacramentum; aut olim nihil aliud fuiſſe, quam catechiſmi quamdam, qua adoleſcentiæ proximi fidei ſuæ rationem coram Eccleſia exponebant: anathema ſit.

CANON II.

Si quis dixerit, *d* injurios eſſe Spiritui ſancto eos qui ſacro Confirmationis chriſmati virtutem aliquam tribuunt: anathema ſit.

CANON III.

Si quis dixerit, *e* ſanctæ Confirmationis Ordinarium miniſtrum non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemvis ſimplicem ſacerdotem; anathema ſit.

Decretum de Reformatione.

EAdem ſacroſancta Synodus, eiſdem præſidentibus Legatis, *f* inceptum reſidentiæ & reformationis negotium ad Dei laudem, & Chriſtianæ religionis incrementum proſequi intendens, ut ſequitur, ſtatuendum cenſuit, *g* ſalva ſemper in omnibus Sedis Apoſtolicæ auctoritate.

CA-

a *c. Majores. §. ult. de Baptiſmo.* b *Aug. lib. 1. de Pec. mer. & rem. cap. 19. & lib. 3. cap. 2.* c *c. Nullus miniſtrorum. de Conſ. Diſt. 4.* d *Vide finem Epiſt Urbani* I. Ad omnes, *&c. cap. 1. cum ſeq. de Conſ. Diſt. 5.* e *cap. Manus. de Con. Diſt. 5. Conc. Flor. in decr. Eug. Vide Euſ. Pa. 1. Epiſt. ad Epiſc. Tuſciæ, Innoc. 1. Epiſt. 1. c. 3. & infra Seſſ. 23 c. 4.* f *Supr. Seſſ. 6. cap. 2. & infra Seſſ. 23. cap. 1.* g *Infr. Seſſ. ult. de refor. cap. 1.*

CAPVT I.

capax regiminis eccleſiarum Cathedralium.

D cathedralium *a* eccleſiarum regimen nullus, ex legitimo matrimonio is, & ætate matura, grate morum, litterarumque ntia, juxta conſtitutio- Alexandri Tertii, quæ pit, *b* Cum In cunctis, in cilio Lateranenſi promul- am, præditus aſſumatur.

CAPVT II.

entes plures cathedrales ec- eſias, jubentur omnes, ex- pta una dimittere, certo odo & tempore.

Emo, quacumque etiam dignitate, gradu, aut eminentia præfulgens, res Metropolitanas ſeu ca- drales eccleſias in titu- , ſive commendam, aut quovis nomine, contra crorum canonum inſtitu- recipere, & ſimul retine- ræſumat: cum valde felix lle cenſendus, cui unam eſiam bene, ac fructuoſe, um animarum ſibi com- ſarum ſalute regere conti- it. Qui autem plures eccle- contra præſentis decreti orem nunc detinent, una, m maluerint, retenta, re- as infra ſex menſes, ſi ad ram Sedis Apoſtolicæ diſ- itionem pertineant; alias a annum dimittere teneantur: alioquin eccleſiæ ipſæ, ultimo obtenta dumtaxat excepta, eo ipſo vacare cenſeantur.

CAPVT III.

Habilibus dumtaxat perſonis beneficia conferantur.

INferiora beneficia eccleſiaſtica, præſertim curam animarum habentia, perſonis dignis, & habilibus, & quæ in loco reſidere, ac per ſe ipſos curam ipſam exercere valeant, juxta conſtitntionem Alexandri III, in Lateranenſi, quæ incipit, *d* Quia nonnulli, & aliam Gregorii X, in generali Lugdunenſi Concilio, quæ incipit, *e* Licet canon, editam, conferantur, aliter autem facta collatio ſive proviſio, omnino irritetur: & ordinarius collator pœnas conſtitutionis Concilii generalis, quæ incipit *f* Grave nimis, ſe noverit incurſurum.

CAPVT IV.

Plurium beneficiorum retentor contra canones, iis privatur.

QVicumque de cetero plura curata, *g* aut alias incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica, ſive per viam unionis ad vitam, ſeu commendæ perpetuæ, aut alio quocumque nomine, & titulo, contra formam ſacrorum canonum, & præſertim conſtitutionis

Seſſ. 22. c. 2. plus exigitur. Parte 1. c. 3. Conſtit. ejus. e infr. IX. c cap. Cum unctis. §. cum vero de elect. icut. de exceſſ. prælat. c. 1. .21. q. 1. c. Sanctorum. 70. . c. Vnio. §. ſed. 10. q. 3. . Quia in tantum. c. Ad . & c. De multa de præb. c. Quia nonnulli de mag. c. Cum ſingula. de præb. in 6. Clem. Gratiæ de reform. cap. Execrab. §. qui vero. in Extrav. com. de Præb. & infra Seſſ. 24. c. 17. de reform. d Vide infra X. e Vide infr. XI. f Vide infra XII. g Infra Seſſ. 24. de reform. cap. 17.

nis Innocentii III, quæ incipit, *a* De multa, recipere, ac ſimul retinere præſumpſerit; beneficiis ipſis, juxta ipſius conſtitutionis diſpoſitionem, ipſo jure, etiam præſentis canonis vigore, privatus exiſtat.

CAPVT V.

Plura beneficia curata obtinentes Ordinario ſuas diſpenſationes exhibeant, qui de Vicario eccleſiis provideat, congrua portione fructuum aſſignata.

ORdinarii locorum, quocumque plura curata, aut alias incompatibilia beneficia eccleſiaſtica obtinentes, diſpenſationes ſuas exhibere diſtricte compellant, & alias procedant juxta conſtitutionem Gregorii X, in generali Lugdunenſi Concilio editam, quæ incipit, *b* Ordinariis: quam eamdem ſancta Synodus innovandam cenſet, & innovat; addens inſuper, quod ipſi Ordinarii etiam per idoneorum Vicariorum deputationem, & *c* congruæ portionis fructuum aſſignationem omnino provideant, ut animarum cura nullatenus negligatur; & beneficia ipſa debitis obſequiis minime defraudentur: appellationibus, privilegiis, & exemptionibus quibuſcumque, etiam cum judicum ſpecialium deputatione, & illorum inhibitionibus in præmiſſis nemini ſuffragantibus.

CAPVT VI.

Quæ beneficiorum uniones valida cenſeantur.

VNiones perpetuæ, *d* à qu[...] draginta annis citra f[...] ctæ, examinari ab Ordinari[...] tamquam à Sede Apoſtoli[...] delegatis, poſſint, & quæ p[...] ſurreptionem, vel obreptio[...] nem obtentæ fuerint, irrit[...] declarentur. Illæ vero, qu[...] à dicto tempore citra conce[...] ſæ nondum in toto, vel i[...] parte ſortitæ ſunt effectum, [...] quæ deinceps ad cujuſvis i[...] ſtantiam fient, niſi eas ex l[...] gitimis, aut alias rationab[...] libus cauſis, coram loci O[...] dinario vocatis, quorum i[...] tereſt, verificandis, facta[...] fuiſſe conſtiterit, per ſurr[...] ptionem obtentæ præſumar[...] tur: ac propterea, niſi alite[...] à Sede Apoſtolica declaratu[...] fuerit, viribus omnino ca[...] reant.

CAPVT VII.

Beneficia eccleſiaſtica unita vi[...] ſitentur: per Vicarios etiam [...] perpetuos cura exerceatur [...] quorum deputatio fiat cum [...] portione aſſignanda, etiam [...] ſuper re certa.

BEneficia eccleſiaſtica cu[...] rata, *e* quæ cathedralibus [...] collegiatis, ſeu aliis eccleſiis [...] vel monaſteriis, beneficiis [...] ſeu collegiis, aut piis loci[...] quibuſcumque perpetuo unit[...] & annexa reperiuntur, ab Or[...] dinariis locorum annis ſingu[...] lis viſitentur: *f* qui ſollicite [...] providere procurent, ut per [...] ido[...]

a *Vide infr.* XIII. b *Infra cap* 7. & *ſupra Seſſ.*6. *de refor.c.*1. *in fin. Vide inf.*XIV. c *Vide Conſtit.* Pii V. Ad exequendum. 1567. d *Vide Seſſ.* 24. *cap.* 9. *de reformat. infra Seſſ.* 24. *de reformat. c.* 13. & *Seſſ.* 25. *de reform. c.*9. e *Infra Seſſ.* 14. *de reform. cap.* 9. f *Vide Seſſ.* 25. *cap.* 16. *de reformat.* & *ſupra cap.* 5.

eos Vicarios, etiam per-
os, niſi ipſis Ordinariis
bono eccleſiarum regi-
re aliter expedire videbi-
ab eis cum tertiæ partis
nuum, aut majori, vel mi-
, arbitrio ipſorum Ordi-
orum, *a* portione etiam
r certa re aſſignanda, ibi-
deputandos, animarum
laudabiliter exerceatur:
ellationibus, privilegiis,
nptionibus, etiam cum
cum deputatione, & il-
m inhibitionibus quibuſ-
que in præmiſſis minime
agantibus.

CAPVT VIII.

eſiæ reparentur: cura animarum ſollicitè habeatur.

Docorum Ordinarii eccle-
ias quaſcumque, *b* quo-
olibet exemptas, auctori-
e Apoſtolica, ſingulis an-
viſitare teneantur, & op-
unis juris remediis pro-
re, ut quæ reparatione
gent, reparentur; & cura
marum, ſi qua illis immi-
, aliiſque debitis obſe-
s minime defraudentur:
ellationibus, privilegiis,
ſuetudinibus, etiam ab
memorabili tempore præ-
ptis, judicum deputatio-
s, & illorum inhibitioni-
penitus excluſis.

CAPVT IX.

unus conſecrationis non differendum.

D majores eccleſias pro-
moti *c* munus conſecra-
tionis infra tempus à jure ſta-
tutum ſuſcipiant: & proro-
gationes ultra ſex menſes
conceſſæ nulli ſuffragentur.

CAPVT X.

Sede vacante Capitula nulli dent reverendas, niſi arctato occaſione obtinendi aut obtenti beneficii: variæ contravenientium pœnæ.

Non liceat Capitulis eccle-
ſiarum, *d* Sede vacante,
infra annum à die vacatio-
nis, ordinandi licentiam, aut
litteras dimiſſorias, ſeu re-
verendas, ut aliqui vocant,
tam ex juris communis diſpo-
ſitione, quam etiam cujuſvis
privilegii, aut conſuetudinis
vigore, alicui, qui beneficii
eccleſiaſtici recepti, ſive re-
cipiendi occaſione arctatus
non fuerit, concedere. ſi ſe-
cus fiat, *e* Capitulum contra-
veniens eccleſiaſtico ſubja-
ceat interdicto: & ſic ordina-
ti, ſi in minoribus ordinibus
conſtituti fuerint, nullo pri-
vilegio clericali, præſertim
in criminalibus, gaudeant;
in majoribus vero, ab execu-
tione Ordinum, ad benepla-
citum futuri Prælati, ſint
ipſo jure ſuſpenſi.

CAPVT XI.

Facultates de promovendo ſine juſta cauſa nemini ſuffragentur.

Facultates de promovendo
à quocumque non ſuffra-
gentur, niſi habentibus legi-
timam cauſam, ob quam à
pro-

Qualiter ſit aßignanda de-
at. Bulla Pii V. 1567. Ad
quendum. b *Infra Seſſ.*
de ref. c. 9. & *Seſſ.* 21. *de*
c. 8. *Concil. Tolet.* 4. c. 35.
c. Braccaren. 2. c. 1. *Concil.*
el. ſub Leone III. c. 17.
c. *Decernimus.* c. *Epiſcopum &*
c. *Placuit.* 10. q. 1. c *Seſſ.* 13.
c. *de refor.* c. *Quoniam. Diſt.*
100. d *Seſſ.* 23. *de refor.* c. 20.
c. *Cum nullus. de temp. ordin.*
in 6. e *Infra Seſſ.* 23. *ibid.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

propriis Epiſcopis ordinari poſſint, in litteris exprimendam; & tunc non ordinentur, *a* niſi ab Epiſcopo in ſua diœceſi reſidente, aut pro eo Pontificialia exercente, & diligenti prævio examine.

CAPVT XII.

Facultas de non promovendo annum non excedat.

FAcultates de non promovendo, *b* præterquam in caſibus à jure expreſſis, conceſſæ, ad annum tantum ſuffragentur.

CAPVT XIII.

A quocumque præſentati non inſtituantur ſine prævio examine Ordinarii & approbatione, certis exceptis.

PRæſentati, ſeu electi, vel nominati à quibuſvis eccleſiaſticis perſonis, etiam Sedis Apoſtolicæ Nuntiis, ad quævis Eccleſiaſtica beneficia non inſtituantur, *c* nec confirmentur, neque admittantur, etiam prætextu cujuſvis privilegii, ſeu conſuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præſcriptæ, niſi fuerint prius à locorum Ordinariis examinati, & idonei reperti. Et nullus appellationis remedio ſe tueri poſſit, quo minus examen ſubire teneatur. *d* Præſentatis tamen, electis, ſeu nominatis ab Vniverſitatibus, ſeu collegiis generalium ſtudiorum exceptis.

CAPVT XIV.

Cauſæ civiles exemptorum, clericorum ſæcularium & regularium degentium extra monaſterium ab Epiſcopis co... ſcantur.

IN exemptorum cauſis ... ſtitutio Innocentii IV, ... incipit *e* Volentes, in ... rali Concilio Lugdunenſi ... ta, ſervetur; quam e... ſacroſancta Synodus i... vandam cenſuit, & inno... addendo inſuper, quod i... vilibus cauſis mercedem ... miſerabilium perſonar... clerici ſæculares, aut r... lares, extra monaſterium ... gentes, quomodolibet ex... pti, etiam ſi certum judi... à Sede Apoſtolica deputa... in partibus habeant; in ... vero, ſi ipſum Judicem ... habuerint, coram loco... Ordinariis, tamquam in ... ab ipſa Sede delegatis, ... veniri, & jure medio ad ... vendum debitum cog... compelli poſſint: privile... exemptionibus, Conſerv... rum deputationibus, & eo... inhibitionibus adverſus ... miſſa nequaquam valitur...

CAPVT XV.

Ordinarii curent ut hoſpi... quæcumque, etiam exem... à ſuis adminiſtratoribus ... liter gubernentur.

CVrent Ordinarii, *f* ut ... ſpitalia quæcumque à ... adminiſtratoribus, quoc... que illi nomine cenſean... etiam quomodolibet ex... ptis, fideliter & dilige... gubernentur, conſtituti... Concilii Viennenſis, quæ ... cipit, *g* Quia contingit, ... ma ſervata. quam qui... conſtitutionem eadem ſa...

a *Supr. Seſſ. 6. c. 5. de reform. infra Seſſ 14. cap. 1. de reform.* b *cap. Licet canon. & cap. cum ex eo. de elect. in 6.* c *Inf. Seſſ. 15. c. 9. de refor.* d *Vide Seſſ. 24. c. 18. de refor. ubi exce... videtur revocari.* e *Vide* ... XVI. *Inf. Seſſ. 14. de refor.* ... *in fin.* f *Seſſ. 25. cap. 8. de* ... *form.* g *Vide infra* XVII...

ædus innovandam duxit, novat, cum derogatio- in ea contentis.

dictio futuræ Seſſionis.

m hæc ſacroſancta Syno- tatuit, & decrevit, pro- ximam futuram Seſſionem habendam & celebrandam eſſe die Jovis, feria quinta poſt ſequentem Dominicam in Albis, quæ erit vigeſima prima menſis April. præſentis anni M D XLVII.

VLLA FACVLTATIS RANSFERENDI CONCILII.

ulus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fra- ri, Joanni Mariæ, Epiſcopo Præneſtino, & dilictis fi- iis, Marcello tit. ſanctæ Crucis in Jeruſalem Presbytero ginaldo S. Mariæ in Coſmedin Diacono, Cardinalibus, is, & Apoſtolicæ Sedis Legatis de latere, ſalutem, & olicam benedictionem.

gimini univerſalis Eccleſiæ, meritis licet imparibus, diſ- nte Domino, præſidentes, noſtri officii partes eſſe pu- s, ut, ſi quid gravius cauſa Reipublicæ Chriſtianæ con- ndum ſit, id non modo tempore opportuno, verum loco commodo & idoneo perficiatur. Cum itaque nos r, poſtquam ſuſpenſionem celebrationis ſacri œcumenici iverſalis Concilii, alias per nos in civitate Tridentina, uſis tunc expreſſis, de venerabilium fratrum noſtrorum E. Cardinalium conſilio & aſſenſu indicti, ex certis aliis n tunc expreſſis cauſis, uſque ad aliud opportunius & nodius tempus per nos declarandum, de ſimili conſilio & u factam, audita pace inter chariſſimos in Chriſto filios os, Carolum Rom. Imperatorem ſemper Auguſtum, & ciſcum Francorum Regem Chriſtianiſſimum conciliata, conſilio & aſſenſu ſuſtuleramus & amoveramus: neque- ipſi, tunc legitime impediti, ad dictam civitatem per- iter accedere, & eidem Concilio intereſſe, vos noſtros, oſtolicæ Sedis Legatos de latere, in eodem Concilio de conſilio conſtituerimus & deputaverimus, voſque ad em civitatem, tamquam pacis angelos, deſtinaveri- prout in diverſis noſtris deſuper confectis litteris ple- continetur: Nos ne tam ſanctum celebrationis Concilii modi opus ex incommoditate loci, aut alias quovis impediatur, aut plus debito differatur, opportune pro- e volentes, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de olicæ poteſtatis plenitudine, parique conſilio & aſſenſu, in ſimul, aut duobus ex vobis, reliquo legitimo impedi- o detento, ſeu inde forte abſente, quandocumque vobis itur, Concilium prædictum de eadem civitate Triden- ad quamcumque aliam commodiorem, & opportunio- ſeu tutiorem civitatem, de qua vobis etiam videbitur, ferendi, & mutandi; ac illud in ipſa civitate Tridentina imendi, & diſſolvendi; nec non Prælatis, & aliis per- Concilii hujuſmodi, ne in eo ad ulteriora in dicta civi- tate

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

tate Tridentina procedant, etiam ſub cenſuris & pœni
cleſiaſticis inhibendi, ac idem Concilium in alia civita
juſmodi, ad quam illud transferri & mutari contigerit,
tinuandi, tenendi, & celebrandi, & ad illud Prælatos, &
perſonas Concilii Tridentini hujuſmodi etiam ſub perjur
aliis in litteris indictionis Concilii hujuſmodi expreſſis
nis, evocandi, eidemque ſic tranſlato & mutato Concili
mine & auctoritate prædictis præſidendi, ac in eo proced
ceteraque in præmiſſis, & circa ea neceſſaria & oppor
alias juxta priorum vobis directarum litterarum cont
tiam & tenorem, faciendi, ſtatuendi; ordinandi, & exequ
plenam & liberam Apoſtolica auctoritate tenore præſen
concedimus poteſtatem & facultatem; ratum & gratum
bituri, quidquid per vos in præmiſſis factum, ſtatutum,
natum, executum fuerit, idque facturi, auctore Domino
violabiliter obſervari: Non obſtantibus conſtitutionibu
ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contrariis quibu
que. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam
ſtræ conceſſionis infringere, vel ei auſu temerario contr
Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignatio
omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſtolo
ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Pe
anno incarnationis Dominicæ M D XLVII, XIII.
Mart. Pontificatus noſtri anno XI.

Fab. Epiſcopus Spol.

B. Mott

SE

ESSIO OCTAVA,
CELEBRATA
DIE XI. MENSIS MART.
M D XLVII.

ecretum de tranſlatione Concilii.

Lacetne vobis decernere, & declarare, de hujuſmodi morbo ex præmiſ- c aliis allegatis ita mani- & notorie conſtare, ut ati in hac civitate ſine diſcrimine commorari, ea id circo inviti minime eri poſſint, & debeant? que, attento receſſu mul- n Prælatorum poſt pro- præteritam Seſſionem, entis proteſtationibus a- m complurium Præla- n in Congregationibus ralibus factis, hinc o- o timore ipſius morbi volentium, qui juſte de- i non poſſunt, & ex quo. diſceſſu Concilium vel veretur, vel ex pauci- Prælatorum, bonus ejus reſſus impediretur; & to etiam imminenti pe- vitæ, & aliis cauſis per os ex Patribus in ipſis Congregationibus allegatis, utpote notorie veris, & legitimis; placetne vobis ſimiliter decernere, & declarare, pro conſervatione & proſecutione ipſius Concilii, ſecuritate vitæ ipſorum Prælatorum, Concilium ipſum ad civitatem Bononiæ, veluti ad locum magis paratum, ſalubrem, & idoneum, pro tempore transferendum eſſe, & ex nunc transferri, & ibidem Seſſionem jam indictam, ſtatuta die, vigeſima prima Aprilis, celebrandam eſſe & celebrari; & ſucceſſive ad ulteriora procedendum, donec ſanctiſſimo Domino noſtro & ſacro Concilio expedire videbitur, ut ad hunc, ſeu alium locum, communicato etiam conſilio cum Invictiſſimo Cæſare, Chriſtianiſſimo Rege, & aliis Regibus ac Principibus Chriſtianis, ipſum Concilium reduci poſſit, & debeat? *Reſponderunt*, Placet.

SESSIO NONA,
BONONIÆ CELEBRATA
IE XXI. MENSIS APRIL.
M D XLVII.

ecretum prorogationis Seßionis.

Æc ſacroſancta œcumenica & generalis Synodus, quæ dudum in ci- Tridenti congregata e- nunc Bononjæ in Spiritu ſancto legitime congregata, præſidentibus in ea nomine Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Domini Pauli divina providentia Papæ III, eiſdem Reverendiſſimis Dominis D. Joan Maria

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

Epiſcopo Præneſtino de Monte, & Marcello tit. S. Crucis in Jeruſalem Presbytero, S. R. E. Cardinalibus, & Apoſtolicis de latere Legatis, conſiderans quod die undecima menſis Martii præſentis anni, in generali publica Seſſione, in eadem civitate Tridenti, & in loco conſueto celebrata, omnibuſque agendis de more peractis, ex cauſis tunc inſtantibus, urgentibus, & legitimis, interveniente etiam auctoritate ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, eiſdem Reverendiſſimis præſidentibus etiam ſpecialiter conceſſa, decrevit, & ordinavit, Concilium ex eo loco in hanc civitatem transferendum eſſe, ſicuti tranſtulit; itemque Seſſionem pro præſenti die vigeſima prima Aprilis illic indictam, ut de Sacramentorum, & reformationis materiis, de quibus tractandum propoſuerat, Canones ſancirentur, & promulgarentur, in hac ipſa civitate Bononiæ celebrari debere; conſideranſque, nonnullos ex Patribus, qui in hoc Concilio intereſſe conſueverunt; his ſuperioribus majoris hebdomadæ & ſolemnitatis Paſchalis diebus, in propriis Eccleſiis occupatos, aliquos etiam aliis impedim... tis detentos, huc nondum ... ceſſiſſe, quos tamen brev... futuros ſperandum eſt; ... propterea factum eſſe, ut ... ea, quam ſancta Synodus ... ſiderabat, Prælatorum ... quentia potuerint mat... ipſæ Sacramentorum & ... formationis examinari, ... diſcuti: ut omnia ma... conſilio, cum dignitat... gravitate debita fiant, ... num, opportunum & e... diens cenſuit, cenſetque, ... ſionem prædictam, quæ ... ipſo die, ut præfertur, c... branda erat, ad diem Jo... infra octavam Pentec... proxime futuram, quoad ... materias expediendas d... rendam & prorogandam ... quemadmodum differt... prorogat; quam diem & ... gerendæ maxime oppo... nam, & Patribus præſe... abſentibus percommod... judicavit, & judicat: ... tamen adjecto, quod te... num ipſum ipſa ſancta S... dus, pro ejus arbitrio & ... luntate, ſicuti rebus Con... putaverit expedire, etia... privata Congregatione ... ſtringere & imminuere po... & valeat.

SESSIO DECIMA
BONONIÆ CELEBRATA DIE II. MENSIS IVNII. M D XLVII.

Decretum prorogationis Seßionis.

QVamvis hæc ſacroſancta œcumenica & generalis Synodus Seſſionem, quæ die vigeſima prima menſis Aprilis proxime præteriti, ſuper Sacramento... & reformationis materi... hac inclyta civitate Bono... ex decreto, in urbe Trid... na, in publica Seſſione ... undecima menſis Martii ... mulgato, celebranda ...

pter aliquas cauſas, ac
ſertim propter abſentiam
nullorum Patrum, quos
vi affuturos ſperabat, ad
nc præſentem diem diffe-
ndam & prorogandam eſſe
reverit: volens tamen cum
qui non venerunt, etiam
nc benigne agere, eadem
oſancta Synodus, in Spi-
ſancto legitime congre-
, præſidentibus in ea eiſ-
n ſanctæ Romanæ Eccle-
Cardinalibus, & Apoſto-
Sedis Legatis, ſtatuit, &
ernit, Seſſionem ipſam,
m hac die ſecunda menſis
ii, præſentis anni mille-
i quingenteſimi quadra-
mi ſeptimi, celebrare de-
verat, ad diem Jovis poſt
am Nativitatis beatæ Ma-
virginis, quæ erit deci-
ma quinta menſis Septembris proxime futuri, quoad prædictas & alias materias expediendas, differendam & prorogandam eſſe, quemadmodum differt, & prorogat; ita tamen, quod proſecutio diſcuſſionis & examinationis eorum, quæ tam ad dogmata, quam ad reformationem pertinent, interim non omittantur; & terminum ipſum ipſa ſancta Synodus, pro ejus libito, & voluntate, etiam in privata Congregatione, abbreviare & prorogare libere poſſit, & valeat.

Die XIV. *Sept.* MDXLVII, *in Congregatione generali, Bononiæ, prorogata fuit Seſſio, quæ futura erat die ſequenti, ad beneplacitum ſacri Concilii.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25



IVLIVS III, PONT. MAX.

NOMINE HUIUS PONTIFICIS CONCILIO PRÆSEDERUNT
*Marcellus Creſcentius Presbyter Card. Sedis Apoſ:
tolicæ Legatus de latere, Sebaſtianus Piglnius Archiep.
Sipontinus. & Aloyſius Lipomanus Epiſc. Veronenſis.
eiuſdem Sedis Nuntii.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

BVLLA RESVMPTIONIS CONCILII TRIDENTINI, SVB IVLIO III, PONT. MAX.

Vlius Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei , ad futuram rei memoriam.*

Cum ad tollenda religionis noſtræ diſſidia , quæ in Germania longo tempore non ſine totius Chriſtiani orbis perturbatione & ſcandalo, viguerant, bonum , opportunum , & expediens eſſe videatur ; ſicuti etiam chariſſimus in Chriſto filius noſter , Carolus Romanorum Imperator ſemper Auguſtus , nobis per ſuas litteras & nuntios ſignificari fecit , ut ſacrum œcumenicum generale Concilium per fel. rec Paulum Papam III , prædeceſſorem noſtrum indictum , & per nos, tunc Cardinalatus honore fungentes , atque ipſius prædeceſſoris nomine , una cum duobus aliis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus ipſi Concilio præſidentes, inceptum, ordinatum, & continuatum , in quo plures publicæ & ſolemnes habitæ fuerunt Seſſiones , pluraque tam in cauſa fidei quam reformationis promulgata decreta, multaque etiam ad utramque cauſam pertinentia examinata, & diſcuſſa , ad civitatem Tridentinam reducatur : Nos , *a* ad quos , ut ſummos pro tempore Pontifices , ſpectat generalia Concilia indicere , & dirigere, ut Eccleſiæ pacem , & Chriſtianæ fidei atque orthodoxæ religionis incrementum ad omnipotentis Dei laudem & gloriam procuremus , & , quantum in nobis eſt , tranquillitati ipſius Germaniæ , quæ ſane provincia retroactis temporibus in vera religione , ac ſacrorum Conciliorum & ſanctorum Patrum doctrina excolenda , exhibendaque maximis Pontificibus, Chriſti Redemptoris noſtri in terra Vicariis , debita obedientia , & reverentia , nulli Chriſtianorum provinciæ fuit umquam ſecunda , paterne conſulamus , ſperantes per ipſius Dei gratiam & benignitatem futurum , ut Reges omnes ac Principes Chriſtiani juſtis piiſque noſtris in hac re votis annuant , faveant atque aſſiſtant : Venerabiles fratres Patriarchas , Archiepiſcopos, Epiſcopos, & dilectos filios Abbates, omneſque alios & ſingulos , qui de jure , vel conſuetudine , vel privilegio Conciliis generalibus intereſſe debent, quoſque idem prædeceſſor noſter in ſuis indictionis & aliis quibuſcumque deſuper confectis & publicatis litteris , Concilio intereſſe voluit, per viſcera miſericordiæ Domini noſtri JeſuChriſti hortamur, requirimus , & monemus , ut proximis futuris Kalend. Maji, quem diem ad ipſum Concilium, in eo, in quo nunc reperitur, ſtatu reſumendum & proſequendum , prævia matura deliberatione , & ex certa noſtra ſcientia , & de Apoſtolicæ auctoritatis plenitudine , ac venerabilium fratrum noſtrorum ejuſ-

 dem

a *Teſte Marcel. 1. in epiſt. 1. ad Epiſc. prov. Antioch. & Pelag. 2. in epiſt. ſua decret. & Bonifacio Epiſc. ad Zachariam Pap. ſcrib. & Synodo Chalced. act. 1. & 2. Nicenæ, tom. 1. Act. 6. & Nicolao 2. in epiſt. ad Michaël. Imp.*

dem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio & aſſe
ſu, ſtatuimus, decernimus, & declaramus, in ipſa civita
Tridenti, legitimo ceſſante impedimento, convenire, &
congregare, ac ipſius Concilii continuationi, & proſecutic
ni, omni mora poſtpoſita, incumbere velint. Nos enim op
ram ſedulo daturi ſumus; ut eodem tempore, in eadem civ
tate, noſtri omnino adſint Legati, per quos, ſi per ætate
noſtram, valetudinemque, & Sedis Apoſtolicæ neceſſitate
perſonaliter adeſſe nequiverimus, Spiritu ſancto duce, ip
Concilio præſidebimus: quacumque ipſius Concilii tranſla
tione, & ſuſpenſione, ceteriſque contrariis non obſtantib
quibuſcumque, ac præſertim illis, quæ idem prædeceſſor nc
ſter in ſuis litteris prædictis; quas cum omnibus & ſingulis i
eis contentis clauſulis & decretis in ſuo robore permanere ve
lumus, atque decernimus, & quatenus opus ſit, innovamus
voluit, non obſtantibus; irritum nihilominus decernentes &
inane ſi ſecus ſuper his à quoquam, quavis auctoritate, ſcien
ter, vel ignoranter, contigerit attentari. Nulli ergo omni
no hominum liceat hanc paginam noſtrorum, hortationis
requiſitionis, monitionis, ſtatuti, declarationis, innovatio
nis, voluntatis, & decretorum infringere, vel ei auſu teme
rario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit
indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pau
Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apu
ſanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ M D XLVIII
Kalend. Decemb. Pontificatus noſtri anno I.

M. Cardinalis Creſcen.

Rom. Amaſæu

SACROSANCTI OECVMENICI ET GENERALIS CONCILII TRIDENTINI

SESSIO XI,

Quæ eſt prima

SVB IVLIO III. PONT. MAX. CELEBRATA KAL. MAII MDLI.

Decretum de reſumendo Concilio.

PLacetne vobis, ad laudem & gloriam ſanctæ & individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, ad incrementum & exaltationem fidei, & religionis Chriſtianæ, ſacrum œcumenicum & generale Concilium Tridentinum, juxta formam & tenorem litterarum Sanctiſſimi Domini noſtri, reſumi debere, & procedendum eſſe ad ulteriora? *Reſponderunt*, Placet.

Indictio futuræ Seßionis.

Placetne vobis, proximam futuram Seſſionem, habendam & celebrandam eſſe in futuris Kalend. Septembris? *Reſponderunt*, Placet.

SESSIO XII,

Quæ eſt ſecunda

SVB IVLIO III, PONT. MAX. CELEBRATA DIE I. SEPTEMBR. MDLI.

Decretum prorogationis Seßionis.

SAcroſancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitime congregata, præſidentibus in ea eiſdem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legato, & Nuntiis, quæ in proxime præterita Seſſione ſequentem hanc hodie habendam, & ad ulteriora procedendum eſſe, decreverat, cum ob inclytæ Germanicæ nations, cujus præcipue cauſa agitur, abſentiam, ac non magnam ceterorum Patrum frequentiam procedere hactenus diſtulerit; de Venerabilium in Chriſto fratrum, & filiorum ſuorum, Maguntini, & Treverenſis Archiepiſcoporum, ac ſacri Romani Imperii Principum Electorum, & complurium ipſius, aliarumque provinciarum Epiſcoporum, ſub hanc ipſam diem adventu in Domino exultans, & dignas ipſi omnipotenti Deo agens gratias, firmamque ſpem concipiens, quam plurimos alios tam ipſius Germaniæ, quam aliarum nationum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

Prælatos, & ſui officii debito, & hoc exemplo commotos, propediem eſſe venturos; futuram ſeſſionem ad quadrageſimam diem, quæ erit undecima menſis Octobris proxime ſequentis, indicit; & Concilium ipſum in ſtatu, in quo reperitur, proſequendo, cum in præteritis Seſſionibus de ſeptem Sacramentis novæ legis in genere, & in ſpecie de Baptiſmate & Confirmatione definitum fuerit; ſtatuit, & decernit, de ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento, nec non, quod ad reformationem attinet, de reliquis, quæ ... faciliorem & commodior... Prælatorum reſidentiam p... tinent, agi & tractari, del... re; ac monet, & horta... omnes Patres, ut inter... Domini noſtri Jeſu Chri... *a* exemplo, quantum tam... humana fragilitas patietur, ... juniis & orationibus vacen... ut tandem placatus, qui ... ſæcula ſit benedictus, Deu... corda hominum ad veræ ſi... fidei agnitionem, & ſanct... matris Eccleſiæ unitatem, ... recte vivendi normam red... cere dignetur.

SESSIO XIII,

Quæ eſt tertia
SVB IVLIO III, PONT. MAX.
CELEBRATA
DIE XI. OCTOBR. MDLI.

Decretum de ſanctiſſimo EVCHARISTIÆ *Sacramento.*

SAcroſancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitime congregata, præſidentibus in ea eiſdem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legato, & Nuntiis, etſi in eum finem, non abſque peculiari Spiritus ſancti ductu & gubernatione convenerit, ut veram & antiquam de fide & Sacramentis doctrinam exponeret, & ut hæreſibus omnibus, & aliis graviſſimis incommodis, quibus Dei Eccleſia miſere nunc exagitatur, & in multas & varias partes ſcinditur, remedium afferret; hoc præſertim jam inde à principio in votis habuit, *b* ut ſtirpitus convelleret zizania execrabilium er... rorum & ſchiſmatum, qu... inimicus homo his noſtris ca... lamitoſis temporibus in do... ctrina fidei, uſu & cultu ſa... croſanctæ Euchariſtiæ ſuper... ſeminavit; quam alioqui Sal... vator noſter in Eccleſia ſu... tamquam ſymbolum reliqui... ejus unitatis & charitatis ... qua Chriſtianos omnes inte... ſe conjunctos & copulato... eſſe voluit. Itaque eadem ſa... croſancta Synodus ſanam & ſinceram illam de venerabil... hoc & divino Euchariſtiæ Sa... cramento doctrinam tradens, quam ſemper Catholica Eccleſia, ab ipſo Jeſu Chriſto Domino noſtro & ejus Apoſtolis erudita, atque à Spiritu ſancto, illi *c* omnem veritatem in dies ſuggerente, edocta,

a *Matth.* 4. b *Matth.* 13. c *Lucæ* 12. *Ioan.* 14. *&* 16. *Diſt.* 21. *in princ. verſ. Ego rogavi. & infra Seſſ.* 22. *cap.* 1. *& ſupra Seſſ.* 5. *cap.* 1.

a, retinuit, & ad finem uſ- ıe ſeculi conſervabit; om- bus Chriſti fidelibus inter- cit, ne poſthac de ſanctiſſi- ıa Euchariſtia aliter crede- :, docere aut prædicare au- ant, quam ut eſt hoc præ- nti decreto explicatum at- ue definitum.

CAPVT I.

'e reali præſentia Domini noſtri Ieſu Chriſti in ſanctiſſimo EVCHARISTIÆ *Sacramento.*

PRincipio docet ſancta Synodus, & aperte ac ſim- liciter profitetur, in almo ancto Euchariſtiæ Sacra- nento, poſt panis & vini con- ecrationem, Dominum no- trum Jeſum Chriſtum, *a* ve- um Deum atque hominem, 'ere, realiter, ac ſubſtantiali- er ſub ſpecie illarum rerum enſibilium contineri. nec e- nim hæc inter ſe pugnant, ut ipſe Salvator noſter ſem- per ad dexteram Patris in cæ- is aſſideat, juxta modum xiſtendi naturalem; & ut nultis nihilominus aliis in ocis ſacramentaliter præſens ſua ſubſtantia nobis adſit, ea xiſtendi ratione, quam etſi verbis exprimere vix poſſu- nus, *c* poſſibilem tamen eſſe Deo, cogitatione per fidem il- luſtrata, aſſequi poſſumus, & conſtantiſſime credere debe- mus: ita enim majores noſtri omnes, quotquot in vera Chri- ſti Eccleſia fuerunt, qui de ſanctiſſimo hoc Sacramento diſſeruerunt, apertiſſime pro- feſſi ſunt, hoc tam admira- bile Sacramentum *d* in ulti- ma cœna Redemptorem no- ſtrum inſtituiſſe; cum poſt panis vinique benedictionem, ſe ſuum ipſius corpus illis præbere, ac ſuum ſanguinem, diſertis ac perſpicuis verbis teſtatus eſt: *e* quæ verba à ſanctis Euangeliſtis comme- morata, *f* & à divo Paulo poſtea repetita, cum pro- priam illam & apertiſſimam ſignificationem præ ſe ferant, ſecundum quam à Patribus intellecta ſunt; indigniſſi- mum ſane flagitium eſt, ea à quibuſdam contentioſis & pravis hominibus ad fictitios & imaginarios tropos, qui- bus veritas carnis & ſangui- nis Chriſti negatur, contra univerſum Eccleſiæ ſenſum detorqueri: quæ tamquam *g* columna & firmamentum veritatis, hæc ab impiis ho- minibus excogitata commen- ta, velut ſatanica, deteſtata eſt, grato ſemper & memore animo præſtantiſſimum hoc Chriſti beneficium agnoſcens.

CAPVT II.

De ratione inſtitutionis ſanctiſſimi hujus Sacramenti.

ERgo Salvator noſter, diſ- ceſſurus ex hoc mundo ad Patrem, Sacramentum hoc inſtituit, in quo divitias di- vini ſui erga homines amo- ris velut effudit, *h* memo- riam faciens mirabilium ſuo- rum; *i* & in illius ſumptione colere nos ſui memoriam præcepit, ſuamque annun- tiare mortem, donec ipſe ad judi-

a *Ioan.* 1. b *cap.* 1. *de ſum. Trin. ſupra Seſſ.* 3. *in ſymbolo. Epheſ.* 1. *Matth.* 16. *in fin.* c *Matth.* 19. *Luc.* 18. d *c. Cum Martha, de celebrat. Miſſ. Cl. unica, de reliq. & vener. ſanct.* e *Matth.* 26. *Marci* 14. *Lucæ* 22. f 1 *Cor.* 11. g 1 *Tim.* 3. h *Pſalm.* 110. i 1 *Cor.* 11. *Lucæ* 22. *c. Iteratur. de Conſ. Diſt.* 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

judicandum mundum veniat. *a* Sumi autem voluit Sacramentum hoc, tamquam ſpiritualem animarum cibum, quo alantur & confortentur viventes vita illius qui dixit: *b* Qui manducat me, & ipſe vivet propter me, & tamquam antidotum, quo liberemur à culpis quotidianis, & à peccatis mortalibus præſervemur. Pignus præterea id eſſe voluit futuræ noſtræ gloriæ, & perpetuæ felicitatis: adeoque ſymbolum unius illius corporis, *c* cujus ipſe caput exſiſtit, cuique nos, tamquam membra, arctiſſima fidei, ſpei & charitatis connexione adſtrictos eſſe voluit, ut idipſum omnes dicaremus, *d* nec eſſent in nobis ſchiſmata.

CAPUT III.

De excellentia ſanctiſſimæ EVCHARISTIÆ *ſuper reliqua Sacramenta.*

Commune hoc quidem eſt ſanctiſſimæ Euchariſtiæ cum ceteris Sacramentis, *e* ſymbolum eſſe rei ſacræ, & inviſibilis gratiæ formam viſibilem: verum illud in ea excellens & ſingulare reperitur, *f* quod reliqua Sacramenta tunc primum ſanctificandi vim habent, cum quis illis utitur: at in Euchariſtia ipſe ſanctitatis auctor ante uſum eſt, nondum enim Euchariſtiam *g* de manu Domini Apoſtoli ſuſceperant, cum vere tamen ipſe affirmaret corpus ſuum eſſe quod præbebat; & ſemper hæc des in Eccleſia Dei fuit, ſt tim poſt conſecratione *h* verum Domini noſtri co pus, verumque ejus ſangu nem ſub panis & vini ſpec una cum ipſius anima & d vinitate exſiſtere; ſed corpu quidem ſub ſpecie panis, ſanguinem ſub vini ſpecie, e vi verborum, ipſum auter corpus ſub ſpecie vini, & ſan guinem ſub ſpecie panis, ani mamque ſub utraque, vi na turalis illius connexionis & concomitantiæ, qua parte Chriſti Domini, *i* qui jam e mortuis reſurrexit, non amplius moriturus, inter ſe copulantur: Divinitatem porro propter admirabilem illam ejus cum corpore & anima hypoſtaticam unionem. Quapropter veriſſimum eſt, *k* tantumdem ſub alterutra ſpecie, atque ſub utraque contineri, totus enim & integer Chriſtus ſub panis ſpecie, & ſub quavis ipſius ſpeciei parte, totus item ſub vini ſpecie, & ſub ejus partibus exſiſtit.

CAPUT IV.

De Tranſſubſtantiatione.

Quoniam autem Chriſtus redemptor noſter, corpus ſuum id, *l* quod ſub ſpecie panis offerebat, vere eſſe dixit: ideo perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, idque nunc denuo ſancta hæc Synodus declarat, per conſecrationem panis & vini converſionem fieri totius ſubſtantiæ

a *Matth.* 25. b *Ioan.* 6. c 1 *Cor.* 5. & 11. *Epheſ.* 5. *Rom.* 12. d 1 *Cor.* 1. e c. *Sacrificium de Conſ. Diſt.* 2. f c. *Multi.* 1. *q* 1. g *Matt.* 26. *Marc.* 14. h *Infra Can.* 1. i *Rom.* 6. c. *Semel Chriſtus.* c. *Iteratur.* c. *Singuli,* & c. *Qui manducat. de Conſ. Diſt.* 2. k *Infra Can.* 3. *Seſſ.* 21. c. 3. *Vide Homil.* 5. *de Paſcha. inter eas quæ Euſ. Emiſſeno aſſcribuntur,* & *de Conſ. Diſt.* 2. c. 35. *ubi pars eſt.* l *Luc.* 22. *Ioan.* 6. 1 *Cor.* 11.

a panis in ſubſtantiam
poris Chriſti Domini no-
& totius ſubſtantiæ vini
ubſtantiam ſanguinis e-
quæ converſio conve-
ter & proprie à ſancta
olica Eccleſia Transſub-
iatio eſt appellata.

CAPVT V.

*eultu & veneratione huic
anctiſſimo Sacramento
exhibenda.*

Vllus itaque dubitandi
locus relinquitur, *b* quin
es Chriſti fideles pro mo-
Catholica Eccleſia ſem-
recepto latriæ cultum,
vero Deo debetur, huic
tiſſimo Sacramento in
ratione exhibeant, neque
ideo minus eſt adoran-
, *c* quod fuerit à Chriſto
ino, ut ſumatur, inſti-
m. nam illum eumdem
m præſentem in eo ad-
credimus, quem Pater
nus introducens in or-
terrarum, dicit: *d* Et
ent eum omnes Angeli
, quem *e* Magi proci-
es adoraverunt; *f* quem
que in Galilæa ab Apo-
s adoratum fuiſſe, Scri-
a teſtatur. Declarat præ-
ſancta Synodus, pie &
ioſe admodum in Dei
eſiam *g* inductum fuiſſe
morem, ut ſingulis an-
peculiari quodam & feſto
præcelſum hoc & vene-
e Sacramentum ſingula-
eneratione ac ſolemni-
tate celebraretur, *h* utque in proceſſionibus reverenter & honorifice illud per vias & loca publica circumferretur. æquiſſimum eſt enim ſacros aliquos ſtatutos eſſe dies, cum Chriſtiani omnes ſingulari ac rara quadam ſignificatione gratos & memores teſtentur animos erga communem Dominum & Redemptorem pro tam ineffabili & plane divino beneficio, *i* quo mortis ejus victoria & triumphus repræſentatur. atque ſic quidem oportuit victricem veritatem de mendacio & hæreſi triumphum agere; ut ejus adverſarii in conſpectu tanti ſplendoris, & in tanta univerſæ Eccleſiæ lætitia poſiti, vel debilitati & fracti tabeſcant, vel pudore affecti & confuſi aliquando reſipiſcant.

CAPVT VI.

De aſſervando ſacræ EVCHARISTIÆ *Sacramento, & ad infirmos deferendo.*

Conſuetudo *k* aſſervandi in ſacrario ſanctam Euchariſtiam adeo antiqua eſt, ut eam ſæculum etiam *l* Nicæni Concilii agnoverit. Porro deferri ipſam ſacram Euchariſtiam ad infirmos, & hunc uſum diligenter in Eccleſiis conſervari, præterquam quod cum ſumma æquitate & ratione conjunctum eſt, tum multis in *m* Conciliis

D 5 præ-

c. *Pœnis de Conſ. Diſt.* 2.
m Marthæ. de celebr. Miſ.
Can. 2. b *Infra Can.* 6.
atth. 26. d *Pſalm.* 96.
1. e *Matt.* 1. f *Matt.*
Luc. 24. g *Vrbanus Pa-
itatus in Clementina unde
. & ven Sanct.* h *Infra*
6. i 1 *Cor.* 15. *Hebr.* 2.

k *Infra. Can.* 7. *c. Sane. de celeb. Miſ. c. Presbyter. de Conſ. Diſt.* 2. l *Nicani* 1. *cap.* 13. m *Concil. Rhemenſ. cap.* 2. *Concil. Lateran. ſub Iun.* III. *cap.* 26. *c. Præſente.* 93. *Diſt. Ancyran. cap.* 6. *Carth.* 4. *cap.* 77. & 78. *Agathen. c.* 15. &c.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

præceptum invenitur, & vetuſtiſſimo Catholicæ Eccleſiæ more eſt obſervatum. Quare ſancta hæc Synodus retinendum omnino ſalutarem hunc & neceſſarium morem ſtatuit.

CAPVT VII.

De præparatione adhibenda, ut digne quis ſacram EVCHARISTIAM *percipiat.*

SI non decet ad ſacras ullas functiones quempiam accedere, niſi ſancte; certe quo magis ſanctitas & divinitas cæleſtis hujus Sacramenti viro Chriſtiano comperta eſt, eo diligentius cavere ille debet, ne abſque magna reverentia & ſanctitate ad id percipiendum accedat, præſertim cum illa plena formidinis verba apud *a* Apoſtolum legamus: Qui manducat & bibit indigne, judicium ſibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Quare communicare volenti revocandum eſt in memoriam ejus præceptum: *b* Probet ſeipſum homo. Eccleſiaſtica autem conſuetudo declarat, eam probationem neceſſariam eſſe, ut nullus ſibi conſcius mortalis peccati, quantumvis ſibi *c* contritus videatur, abſque præmiſſa Sacramentali confeſſione ad ſacram Euchariſtiam accedere debeat, quod à Chriſtianis omnibus, etiam ab iis ſacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc ſancta Syn[...]
perpetuo ſervandum eſſe [...]
crevit, *d* modo non deſ[...]
lis copia confeſſoris; quo[...]
neceſſitate urgente, ſace[...]
abſque prævia confeſſ[...]
celebraverit, quampri[...]
confiteatur.

CAPVT VIII.

De uſu admirabilis hujus [...]cramenti.

QVoad uſum autem e[...]
cte & ſapienter Pa[...]
noſtri tres rationes hoc [...]
ctum Sacramentum accip[...]
di diſtinxerunt. quoſdam [...]
nim docuerunt ſacramen[...]
liter dumtaxat id ſumere [...]
peccatores: alios tantum [...]
ritualiter, illos nimirum, [...]
voto propoſitum illum c[...]
ſtem panem edentes, fide [...]
va, *f* quæ per dilectio[...]
operatur, fructum ejus & [...]
litatem ſentiunt: tertios p[...]
ro *g* ſacramentaliter ſimu[...]
ſpiritualiter; hi autem ſu[...]
qui ita ſe prius proban[...]
inſtruunt, *h* ut veſtem [...]
ptialem induti ad divi[...]
hanc menſam accedant. [...]
ſacramentali autem ſump[...]
ne ſemper in Eccleſia [...]
mos fuit, ut laïci à ſacer[...]
tibus communionem acc[...]
rent; *i* ſacerdotes autem c[...]
brantes ſeipſos commun[...]
rent: qui mos, *k* tamquam [...]
traditione Apoſtolica deſc[...]
dens, jure ac merito reti[...]
debet. Deum autem pate[...]
affectu admonet ſancta [...]
nod[...]

a 1 *Cor.* 11. *cap. Quid eſt. c. Et ſancta. c. Sicut Iudas. & c. Timorem. de Conſ. Diſt.* 2.
b 1 *Cor.* 1. *c. Qui ſcelerate. c. Quotidie. & c. Panem. de Conſ. Diſt.* 2. *c. Omnis qui. cum ſeq. de Pœn. Diſt.* 1. *Pal.*
c *Infra Can.* 11.
d *Infra ibid.*
e *c. Quid eſt. cum [...] c. Dupliciter. & c. in illo. [...] Conſt. Diſt.* 2. *Auguſtinus co[...] Donat. ſæpè. Proſper. in Sentent.*
f *Gal.* 5.
g *I[...] Can.* 1.
h *Matt.* 22.
i *c. [...]latum. de Conſ. Diſt.* 2. *i[...] Can.* 10.
k *Hebr.* 5. & 7.

…s, hortatur, rogat, & ob-
…t per viſcera miſericor-
…Dei noſtri, ut omnes &
…li, qui Chriſtiano no-
…e cenſentur, in hoc uni-
…ſigno, in hoc vinculo
…tatis, in hoc concordiæ
…olo jam tandem ali-
…do conveniant & con-
…ent, memoreſque tantæ
…ſtatis, & tam eximii a-
…s Jeſu Chriſti Domini
…i, *a* qui dilectam ani-
… ſuam in noſtræ ſalutis
…um, & carnem ſuam no-
…edit ad manducandum;
… ſacra myſteria corporis
…nguinis ejus ea fidei con-
…ia & firmitate, ea ani-
…evotione, ac pietate &
… credant, & venerentur,
…nem illum ſuperſubſtantialem frequenter ſuſcipere poſſint; & is vere eis ſit animæ vita, & perpetua ſanitas mentis; cujus vigore confortati, ex hujus miſeræ peregrinationis itinere ad cæleſtem patriam pervenire valeant, eumdem *b* panem Angelorum, quem modo ſub ſacris velaminibus edunt, abſque ullo velamine manducaturi.

Quoniam autem non eſt ſatis veritatem dicere, niſi detegantur & refellantur errores; placuit ſanctæ Synodo hos Canones ſubjungere; ut omnes, jam agnita Catholica doctrina, intelligant quoque, quæ ab illis hæreſes caveri vitarique debeant.

De ſacroſanctæ EVCHARISTIÆ *Sacramento.*

CANON I.

…quis negaverit, *c* in ſan-…mæ Euchariſtiæ Sacra-…to contineri vere, realiter …ubſtantialiter corpus & …inem una cum anima & …itate Domini noſtri Je-…hriſti, ac proinde totum …ſtum; ſed dixerit tan-…modo eſſe in eo ut in ſi-…, vel figura, aut virtute; …hema ſit.

CANON II.

…quis dixerit, *d* in ſacro-…o Euchariſtiæ Sacra-…o remanere ſubſtantiam …s & vini una cum corpore …nguine Domini noſtri Je-…hriſti: negaveritque mi-…em illam & ſingularem …erſionem totius ſubſtan-…panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, manentibus dumtaxat ſpeciebus panis & vini; quam quidem converſionem Catholica Eccleſia aptiſſime *e* Tranſſubſtantiationem appellat; anathema ſit.

CANON III.

Si quis negaverit, *f* in venerabili Sacramento Euchariſtiæ ſub unaquaque ſpecie, & ſub ſingulis cujuſque ſpeciei partibus, ſeparatione facta, totum Chriſtum contineri; anathema ſit.

CANON IV.

Si quis dixerit, peracta conſecratione, in admirabili Euchariſtiæ Sacramento non eſſe corpus & ſanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſed tantum in

…*Ioan.* 6. c. *Prima de Conſ.* …2. b *Pſalm.* 77. c. *Re-*…*. de Conſ. Diſt.* 2. c *Su-*…*p.* 3. *Concil. Conſtantienſe.* …*dem Concil. damnans arti-culos Ioan. Wiclef.* e *Supra cap.* 4. f *Concil. Florent. in Decretis Eugenii ad Armenos ſupra c.* 3. *& infra Seſſ.* 21. c. 1. *de Commun.*

in uſu, dum ſumitur, non autem ante vel poſt, *a* & in hoſtiis ſeu particulis conſecratis, quæ poſt communionem reſervantur, vel ſuperſunt, non remanere verum corpus Domini; anathema ſit.

CANON V.

Si quis dixerit, *b* vel præcipuum fructum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ eſſe remiſſionem peccatorum, vel ex ea non alios effectus provenire; anathema ſit.

CANON VI.

Si quis dixerit, in ſancto Euchariſtiæ Sacramento Chriſtum unigenitum Dei Filium non eſſe *c* cultu latriæ, etiam externo, adorandum; atque ideo nec feſtiva peculiari celebritate venerandum, neque in Proceſſionibus, ſecundum laudabilem & univerſalem Eccleſiæ ſanctæ ritum & conſuetudinem, ſolemniter circumgeſtandum, vel non publice, ut adoretur, populo proponendum, & ejus adoratores eſſe idolatras; anathema ſit.

CANON VII.

Si quis dixerit, non licere ſacram Euchariſtiam *d* in ſacrario reſervari, ſed ſtatim poſt conſecrationem adſtantibus neceſſario diſtribuendam, aut non licere, ut illa ad infirmos honorifice deferatur; anathema ſit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, Chriſtum in Euchariſtia exhibitum, ſpiritualiter tantum manducari, *e* & non etiam ſacramentaliter ac realiter; anathema ſit.

CANON IX.

Si quis negaverit, *f* o[...] & ſingulos Chriſti fi[...] utriuſque ſexus, cum a[...] nos diſcretionis pervene[...] teneri ſingulis annis ſa[...] in Paſchate, ad comm[...] candum, juxta præcep[...] ſanctæ matris Eccleſiæ; [...] thema ſit.

CANON X.

Si quis dixerit, *g* non li[...] ſacerdoti celebranti ſeip[...] communicare; anathema[...]

CANON XI.

Si quis dixerit, *h* ſolam [...] dem eſſe ſufficientem præ[...] rationem ad ſumendum [...] ctiſſimæ Euchariſtiæ Sa[...] mentum; anathema ſit. [...] ne tantum Sacramentum [...] digne, atque ideo in mort[...] & condemnationem ſumat[...] ſtatuit atque declarat [...] ſancta Synodus, illis q[...] conſcientia peccati mort[...] gravat, *i* quantumcum[...] etiam ſe contritos exi[...] ment, habita copia Con[...] ſoris, neceſſario præmitt[...] dam eſſe Confeſſionem Sac[...] mentalem. Si quis aut[...] contrarium docere, prædi[...] re, vel pertinaciter aſſere[...] ſeu etiam publice diſputa[...] do, defendere præſump[...] rit, eo ipſo excommuni[...] tus exſiſtat.

CAPUT I.

Epiſcopi prudenter moribus ca[...] informandis invigilent: [...] eorum correctione non a[...] pelletur.

EAdem ſacroſancta Tride[...] tina Synodus, præſide[...] tib[...]

a *Supra cap.* 3. b *Concil. Florent. ibid. ſupra cap.* 2. c *Supra cap.* 5. d *Supra cap.* 6. e *Supra cap.* 8. f *Infra Seſſ.* 14. *Can.* 8. *de Pœniten*[...] *Vide infra* XX. g *Sup*[...] *cap.* 8. h *Supra cap.* 7. i *S*[...] *pra cap.* 7.

in ea eiſdem ſanctæ Se-
oſtolicæ Legato & Nun-
ntendens nonnulla ſta-
, quæ ad jurisdictio-
ertinent Epiſcoporum,
xta proximæ Seſſionis
um, illi in commiſſis
clefiis eo libentius reſi-
quo facilius & com-
s ſibi ſubjectos regere,
vitæ ac morum hone-
continere potuerint: il-
primum eos admonen
enſet: *a* ut ſe paſtores,
ercuſſores eſſe memine-
atque ita præeſſe ſibi
is oportere, ut non in
ominentur, ſed illos,
mam filios, & fratres,
nt: elaborentque, ut
ndo & monendo ab illi-
eterreant; ne, ubi deli-
nt, debitis eos pœnis
ere cogantur. quos ta-
, ſi quid per humanam
itatem peccare conti-
, *b* illa Apoſtoli eſt ab
rvanda præceptio; ut
rguant, obſecrent, in-
nt in omni bonitate &
tia: cum *c* ſæpe plus
corrigendos agat bene-
tia, quam auſteritas;
xhortatio, quam com-
tio; plus charitas, quam
tas. Sin autem ob de-
gravitatem virga opus
; tunc cum manſuetu-
igor, cum miſericordia
um, cum lenitate ſe-
s adhibenda eſt: ut ſine
tate deſciplina populis
ris ac neceſſaria con-
ur; & qui correcti fue-
emendentur: aut, ſi re-
ere noluerint, ceteri, ſalubri in eos animadverſionis exemplo, à vitiis deterreantur; cum ſit diligentis & pii ſimul paſtoris officium, morbis ovium levia primum adhibere fomenta; poſt, ubi morbi gravitas ita poſtulet, *d* ad acriora & graviora remedia deſcendere; ſin autem nec ea quidem proficiant illis ſubmovendis, ceteras ſaltem oves à contagionis periculo liberare. Cum igitur rei criminum plerumque ad evitandas pœnas, & Epiſcoporum ſubterfugienda judicia, querelas, & gravamina ſimulent; & appellationis diffugio judicis proceſſum impediant, *e* ne remedio ad innocentiæ præſidium inſtituto, ad iniquitatis defenſionem abutantur, atque ut hujuſmodi eorum calliditati & tergiverſationi occurratur; ita ſtatuit, & decrevit. *f* In cauſis viſitationis, & correctionis, ſive habilitatis, & inhabilitatis, necnon criminalibus, ab Epiſcopo, ſeu illius in ſpiritualibus Vicario generali, ante definitivam ſententiam, ab interlocutoria, vel alio quocumque gravamine, non appelletur: nec Epiſcopus, ſeu Vicarius appellationi hujuſmodi, tamquam frivolæ, deferre teneatur; ſed ea, ac quacumque inhibitione ab appellationis Judice emanata, nec non omni ſtylo & conſuetudine, etiam immemorabili, contraria non obſtante, ad ulteriora valeat procedere; *g* niſi gravamen hujuſmodi per definitivam ſententiam

Tit. 1. 1 Tim. 3. 1 Petr. 5. 45. *in princ. Diſt.* 94. *c.* *Diſt.* 95. *c. Eſto ſubjectus.* *Tim. 4.* c 23. *q.* 4. *c.* *Chriſtus.* 45. *Diſt. c. Licet* *umquam.* d *c. Reſe-* *c. & c. Corripiantur.* 24. *q.* 3. e *c. Cum ſpeciali.* §. *Porro.* c *Ad noſtram. c. Suggeſtum. de appell.* f *Infra Seſſ.* 21. *cap.* 1. *de reform.* & *Seſſ.* 24. *cap.* 20. *de reform.* g *c. Ut debitus de appell. cum ſuis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

tiam reparari, vel ab ipſa definitiva appellari non poſſit: quibus caſibus, ſacrorum & antiquorum canonum ſtatuta illibata perſiſtant.

CAPVT II.

In criminalibus appellatio ab Epiſcopo, quando Metropolitano, aut uni ex vicinioribus committenda.

A Sententia a Epiſcopi, vel ipſius in ſpiritualibus Vicarii generalis, in criminalibus appellationis cauſa, ubi appellationi locus fuerit, ſi Apoſtolica auctoritate in partibus eam committi contigerit, Metropolitano, ſeu illius etiam Vicario in ſpiritualibus generali; aut, ſi ille aliqua de cauſa ſuſpectus foret, vel ultra duas legales b diætas diſtet, ſeu ab ipſo appellatum fuerit, uni ex vicinioribus Epiſcopis, ſeu illorum vicariis, non autem inferioribus judicibus, committatur.

CAPVT III.

Acta primæ inſtantiæ intra triginta dies dentur gratis reo appellanti.

REus ab Epiſcopo, aut ejus Vicario in ſpiritualibus generali, in criminali cauſa appellans, coram judice ad quem appellavit, acta primæ inſtantiæ omnino producat: & judex, niſi illis viſis, ad ejus abſolutionem minime procedat. Is autem, à quo appellatum fuerit, intra triginta dies acta ipſa poſtulanti gratis exhibeat, alioqui abſque illis cauſa appellationis hujuſmodi, prout juſtitia ſuaſerit, terminetur.

CAPVT IV.

Qua ratione clerici ob g
delicta ſacris exauct
randi.

CVm vero tam gravia
numquam ſint d
c ab eccleſiaſticis com
perſonis, ut ob eorum at
tatem è ſacris Ordinibu
ponendæ, & curiæ ſin
dendæ ſeculari: in quo
cundum ſacros Canone
tus Epiſcoporum numer
quiritur: e quos ſi omn
hibere difficile eſſet, debi
ris exſecutio differretur
quando autem interv
poſſent eorum reſidenti
termitteretur: propterea
tuit & decrevit: Epiſ
per ſe, ſeu illius vicario i
ritualibus generali, c
Clericum, in ſacris e
Presbyteratus Ordinibus
ſtitutum, etiam ad illius
demnationem, nec non
balem depoſitionem; &
ſeipſum etiam ad actu
atque ſolemnem degrad
nem ab ipſis Ordinibus &
dibus Eccleſiaſticis, in
bus, in quibus aliorum
ſcoporum præſentia, i
mero à Canonibus definit
quiritur, etiam abſque
procedere liceat? adh
tamen & in hoc ſibi adſi
tibus totidem Abbatibus
ſum mitræ & baculi ex
vilegio Apoſtolico hab
bus, ſi in civitate aut
ceſi reperiri, & commod
tereſſe poſſint; alioquin
perſonis in eccleſiaſtica
gnitate conſtitutis, quæ
te graves, ac juris ſci
commendabiles exſiſtant.

a *cap. 2. de conſuet.* b *c. Statutum, de reſcript in 6.* c *3. q. 8. c. Suggere. & 15. q. 7. c. Felix Epiſcopus.* d *Conc. 2. c. 6.* e *c. Si quis. cum ſe* *q. 7. c. Degradatio. de pœn.*

CAPVT V.

…arie cognoſcat Epiſcopus …gratiis quibus peccatum …ittitur, aut pœna.

…quoniam per fictas cau…s, quæ tamen ſatis pro…s videntur, interdum …t, ut nonnulli ejuſmodi …s extorqueant, per quas …illis Epiſcoporum juſta …tate inflictæ aut remit…omnino, aut minuun…cum non ferendum ſit, …ndacium, quod tanto …eo diſplicet, non modo … *a* impunitum ſit, ve…etiam alterius delicti ve…impetret mentienti: id…, ut ſequitur, ſtatuit & …vit: Epiſcopus apud Ec…m ſuam reſidens, de ſur…one & obreptione gra…quæ ſuper abſolutione …us publici criminis vel …i, de quo ipſe inquirere …rat, aut remiſſione pœ…ad quam criminoſus per …condemnatus fuerit, fal…ecibus impetratur, per ſe …, tamquam Sedis Apo…ædelegatus, etiam ſum…e cognoſcat; *b* ipſam …gratiam, poſtquam per …narrationem, aut veri …rnitatem obtentam eſſe …me conſtiterit non ad…t.

CAPVT VI.

…citetur perſonaliter Epiſco…, niſi depoſitionis aut privationis cauſa.

…oniam vero ſubditi Epi…copo, *c* tametſi jure cor…repti fuerint, magnopere tamen eum odiſſe, & tamquam injuria affecti ſint, falſa illi crimina objicere ſolent: ut, quoquo pacto poſſint, ei moleſtiam exhibeant: cujus vexationis timor plerumque illum ad inquirenda & punienda eorum delicta ſegniorem reddit: idcirco, ne is magno & Eccleſiæ incommodo gregem ſibi creditum relinquere, ac non ſine Epiſcopalis dignitatis diminutione vagari cogatur, ita ſtatuit & decrevit: *d* Epiſcopus, niſi ob cauſam, ex qua deponendus ſive privandus veniret, etiam ſi ex officio, aut per inquiſitionem, ſeu denuntiationem, vel accuſationem, ſive alio quovis modo procedatur, ut perſonaliter compareat, nequaquam citetur, vel moneatur.

CAPVT VII.

Qualitates teſtium contra Epiſcopum deſcribuntur.

Teſtes in cauſa criminali *a* ad informationem, vel indicia, ſeu alias in cauſa principali, contra Epiſcopum, niſi conteſtes, & bonæ converſationis, exiſtimationis & famæ fuerint, non recipiantur; & ſi odio, temeritate, aut cupiditate aliquid depoſuerint, gravibus pœnis multentur

CAPVT VIII.

Graves Epiſcoporum cauſæ à Pontif. Max. cognoſcantur.

Cauſæ Epiſcoporum, cum pro criminis objecti qualitate

a …Exod. 23. Levit. 19. Pro… 6. 10. 12. & 19. c. Si quis …it, cum ſeq. & c. Nemo pe…m. 11. q. 3. b c. Super …s. & c. Cum dilecta. de … c c. Sunt nonnulli 2. … d Inſr. Seſſ. 24. cap. 5.

de refor. e c. Accuſatio quoque. c. Accuſatio Epiſcopor. c. Teſtes. 2. q. 7. & c. ult. 2. q. 5. Conc. Rom. ſub Silveſt. I. juxta Anacleti Papæ epiſt. 2. & Carthag. 2. c. 6. & Carthag. 4. c. 96. & Sixti III. epiſt. 3. cap. 2.

litate comparere debeant, *a* coram Pontifice Max. referantur, ac per ipſum terminentur.

Decretum prorogationis definitionis quatuor articulorum de Sacramento Euchariſtiæ, & ſalvi conductus Proteſtantibus dandi.

EAdem ſancta Synodus errores omnes, qui ſuper hoc ſanctiſſimo Sacramento repullularunt, tamquam vepres ex agro Dominico evellere, ac omnium fidelium ſaluti proſpicere cupiens, quotidianis precibus Deo omnipotenti pie oblatis inter alios, ad hoc Sacramentum pertinentes, articulos, diligentiſſima veritatis Catholicæ inquiſitione tractatos plurimis accuratiſſimiſque pro rerum gravitate diſputationibus habitis, cognitis quoque præſtantiſſimorum Theologorum ſententiis, hoc etiam tractabat: An neceſſarium ſit ad ſalutem, & divino jure præceptum, ut ſinguli Chriſti fideles ſub utraque ſpecie ipſum venerabile Sacramentum accipiant. Et: Num minus ſumat, qui ſub altera, quam qui ſub utraque communicat. Et: An erraverit ſancta mater Eccleſia, laicos, & non celebrantes ſacerdotes, ſub panis ſpecie dumtaxat communicando. Et: An parvuli etiam communicandi ſint. Sed quoniam ex nobiliſſima Germaniæ provincia ii qui ſe Proteſtantes nominant, ſuper his ipſis articulis, antequam definiantur, audiri à ſancta Synodo cupiunt, & eam ob cauſam fidem publicam ab illa poſtularunt, ut ipſis tuto huc venire, & in hac urbe commorari, ac libere coram Synodo d[...] atque proponere quæ [...]rint, & poſtea, cum lib[...] recedere liceat: ſancta[...] Synodus, licet magno [...]derio eorum adventum [...] tos antea menſes exſpect[...] tamen, ut pia mater, qu[...] gemiſcit, & parturit, [...]mopere id deſiderans, [...]borans, ut in iis, qui C[...]ſtiano nomine cenſentur, [...]la ſint ſchiſmata, ſed, q[...] admodum eumdem o[...] Deum & Redemptorem a[...]ſcunt, ita idem dicant, [...] credant, idem ſapiant, [...] fidens Dei miſericordia [...] ſperans fore, ut illi in [...]ctiſſimam & ſalutarem [...] fidei, ſpei, charitatiſque [...]cordiam redigantur, libe[...] eis in hac re morem ger[...] ſecuritatem & fidem, u[...]tierunt, publicam, quam [...]vum conductum vocant, [...] ad ſe pertinet, ejus, qu[...] ſraſcriptus erit, tenoris [...]dit, atque conceſſit: & [...]rum cauſa definitionem [...]rum articulorum ad ſe[...]dam Seſſionem diſt[...] quam, ut illi commod[...]tereſſe poſſint, in diem fe[...] Converſionis D. Pauli, [...] erit vigeſima quinta die [...]ſis Januarii anni ſequentis [...] dixit. Illudque præterea [...]tuit, ut in eadem Seſſion[...] Sacrificio Miſſæ agatur, [...]pter magnam utriuſque [...] connexionem, interea Seſſi[...] proxima de Pœnitentia [...] extremæ Unctionis Sacram[...]tis tractandum, illam an[...] die feſto D. Catharinæ vi[...]nis & martyris, qui erit v[...]ſima quinta Novembris [...]bendam eſſe decrevit, ſi[...]que, ut in utraque mater[...] reformationis proſequatu[...]

S A[...]

a *Concil. Sard. c.* 3. *c. Ad abolendam, de hæret. &* [...] *Seſſ.* 24. *cap.* 5. *de reform.*

SALVVS CONDVCTVS
DATVS PROTESTANTIBVS.

ſcroſancta & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu
ancto legitime congregata, præſidentibus in ea eiſdem
anctæ Sedis Apoſtolicæ Legato & Nuntiis, omnibus &
lis, ſive eccleſiaſticis ſive ſecularibus perſonis univerſæ
maniæ, cujuſcumque gradus, ſtatus, conditionis, qua-
lis ſint, quæ ad œcumenicum hoc & generale Concilium
dere voluerint, ut de iis rebus, quæ in ipſa Synodo tra-
i debent, omni libertate conferre, proponere, & tractare,
d ipſum œcumenicum Concilium libere & tuto venire,
eo manere, & commorari, ac articulos, quot illis vi-
tur, tam ſcripto, quam verbo, offerre, proponere, &
Patribus, ſive iis qui ab ipſa ſancta Synodo delecti fue-
, conferre, & abſque ullis convitiis illis placuerit, rece-
, nec non, quando illis placuerit, recedere poſſint &
ant, publicam fidem, & plenam ſecuritatem, quam ſal-
n conductum appellant, cum omnibus & ſingulis clauſulis
ecretis neceſſariis & opportunis, etiam ſi ſpecialiter, &
per verba generalia exprimi deberent, quæ pro expreſſis
eri voluit, quantum ad ipſam ſanctam Synodum ſpectat,
cedit. Placuit præterea ſanctæ Synodo, ut, ſi pro majori
rtate ac ſecuritate eorum, certos tam pro commiſſis, quam
committendis per eos delictis, judices deputari cupiant,
s ſibi benevolos nominent, etiam ſi delicta ipſa quantum-
nque enormia ac hæreſim ſapientia fuerint.

SESSIO XIV,
Quæ eſt Quarta
SVB IVLIO III, PONT. MAX.
CELEBRATA
DIE XXV. NOV. MDLI.

ctrina de ſanctiſſimis POE-
NITENTIÆ *&* EX-
TREMÆ VNCTIO-
NIS *Sacramentis.*

Acroſancta œcumenica &
generalis Tridentina Sy-
nodus, in Spiritu ſancto
itime congregata, præſi-
ntibus in ea eiſdem ſanctæ
dis Apoſtolicæ Legato &
ntiis, quamvis in decreto
a Juſtificatione multus
rit de Pœnitentiæ Sacra-
mento, propter locorum co-
gnationem, neceſſaria qua-
dam ratione ſermo interpoſi-
tus: tanta nihilominus circa
illud noſtra hac ætate diver-
ſorum errorum eſt multitudo,
ut non parum publicæ utilita-
tis retulerit, de eo exactiorem
& pleniorem definitionem tra-
didiſſe; in qua demonſtratis
& convulſis, Spiritus ſancti
præſidio, univerſis erroribus,
Catholica veritas perſpicua
& illuſtris fieret; quam nunc

a *Supra Seſſ. 6. c. 14. de Iuſtificatione.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

ſancta hæc Synodus Chriſtianis omnibus perpetuo ſervandam proponit.

CAPUT I.

De neceſſitate & inſtitutione Sacramenti Pœnitentiæ.

SI ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum eſſet, ut juſtitiam, in Baptiſmo, ipſius beneficio, & gratia, ſuſceptam, conſtanter tuerentur; non fuiſſet opus, aliud ab ipſo Baptiſmo Sacramentum ac peccatorum remiſſionem eſſe inſtitutum. *a* Quoniam autem Deus, dives in miſericordia, cognovit figmentum noſtrum; illis etiam vitæ remedium contulit, qui ſeſe poſtea in peccati ſervitutem & dæmonis poteſtatem tradidiſſent, Sacramentum videlicet Pœnitentiæ; quo lapſis poſt Baptiſmum, beneficium mortis Chriſti applicatur. *b* Fuit quidem Pœnitentia univerſis hominibus, qui ſe mortali aliquo peccato inquinaſſent, quovis tempore ad gratiam & juſtitiam aſſequendam neceſſaria, illis etiam, qui Baptiſmi Sacramento ablui petiviſſent, ut, perverſitate abjecta & emendata, tantam Dei offenſionem cum peccati odio & pio animi dolore deteſtarentur. Unde Propheta ait: *c* Convertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris: & non erit vobis in ruinam iniquitas. Dominus etiam dixit: *d* Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribi-

tis. Et princeps Apoſtolo
Petrus peccatoribus Bapt
initiandis pœnitentiam c
mendans, dicebat: *e* Pœn
tiam agite, & baptizetur u
quiſque veſtrum. Porro
ante adventum Chriſti P
tentia erat Sacramentum
eſt poſt adventum illius
quam ante Baptiſmum.
minus autem Sacramen
Pœnitentiæ tunc præc
inſtituit, cum à mortuis
citatus, inſufflavit in di
pulos ſuos, dicens: *f* A
pite Spiritum ſanctum: q
rum remiſeritis peccata,
mittuntur eis; & quorum
tinueritis, retenta ſunt. C
tam inſigni facto, & ver
tam perſpicuis, poteſtat
remittendi & retinendi p
cata, ad reconciliandos fi
les, poſt Baptiſmum lapſ
Apoſtolis & eorum legiti
ſucceſſoribus fuiſſe comm
nicatam, univerſorum P
trum conſenſus ſemper int
lexit. *g* Et Novatianos,
mittendi poteſtatem olim p
tinaciter negantes, mag
ratione Eccleſia Catholi
tamquam hæreticos exploſ
atque condemnavit. Qua
veriſſimum hinc illorum ve
borum Domini ſenſum ſa
cta hæc Synodus probans,
recipiens, damnat eoru
commentitias interpretati
nes, qui verba illa ad pot
ſtatem prædicandi verbu
Dei, & Chriſti Euangeliu
annuntiandi, contra huju
modi Sacramenti inſtituti
nem falſò detorquent.

a *Infra Can. 1. de Pœnit. Pſalm. 102. Epheſ. 2.* b *Supra Seſſ. 6. cap. 14. de Iuſtificat. Conc. Cabilon. ſub Vitaliano* II. *c. 8.* c *Ezech. 18.* d *Luc. 13.* e *Act. 2. c. Agunt. & c. Proprie. de Conſ. Diſtinct. 4.* f *Ioan. 20. Matth. 16. c. V conſtitueretur. 50. Diſt. & infr c. 8. in fin. & Can 3.* g *Euſeb. Cæſarienſ. hiſt. Eccl. lib. 6 c. 38. Cyprian. contra Novat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

CAPVT II.

ifferentia Sacramenti Pœnitentiæ, & Baptiſmi.

Eterum hoc Sacramen-
tum *a* multis rationibus
ptiſmo differre dignoſci-
nam præterquam quod
eria & forma, quibus Sa-
menti eſſentia perficitur,
giſſime diſſidet: conſtat
e; Baptiſmi miniſtrum ju-
m eſſe non oportere, cum
l-ſia in neminem judi-
m exerceat, qui non prius
pſam per Baptiſmi januam
rit ingreſſus. *b* Quid enim
ai, inquit Apoſtolus, de
, qui foris ſunt, judicare?
us eſt de domeſticis fidei,
os Chriſtus Dominus *c* la-
cro Baptiſmi ſui corporis
mbra ſemel effecit. nam
s, ſi ſe poſtea crimine ali-
o contaminaverint, non
n repetito Baptiſmo ablui,
m id in Eccleſia Catholi-
nulla ratione liceat, ſed
te hoc tribunal, tamquam
os, ſiſti voluit: ut per ſa-
dotum ſententiam non ſe-
el, ſed quoties ab admiſ-
peccatis ad ipſum pœni-
ntes confugerint, poſſent li-
rari. Alius eſt præterea Ba-
iſmi, alius Pœnitentiæ fru-
us. per Baptiſmum enim
riſtum *d* induentes, nova
orſus in illo efficimur crea-
ra, plenam & integram pec-
torum omnium remiſſio-
em conſequentes: ad quam
men novitatem & integri-
tem per Sacramentum Pœ-
tentiæ, ſine magnis noſtris
etibus & laboribus, divina id
xigente juſtitia, pervenire
equaquam poſſumus: ut
erito Pœnitentia laborioſus quidam Baptiſmus à ſanctis Patribus dictus fuerit. Eſt autem hoc Sacramentum Pœnitentiæ lapſis poſt Baptiſmum ad ſalutem neceſſarium, ut nondum regeneratis ipſe Baptiſmus.

CAPVT III.

De partibus & fructu hujus Sacramenti.

Docet præterea ſancta Synodus, Sacramenti Pœnitentiæ formam, in qua præcipue ipſius vis ſita eſt, in illis miniſtri verbis poſitam eſſe: Ego te abſolvo, &c. quibus quidem de Eccleſiæ ſanctæ more preces quædam laudabiliter adjunguntur: ad ipſius tamen formæ eſſentiam nequaquam ſpectant, neque ad ipſius Sacramenti adminiſtrationem ſunt neceſſariæ. Sunt autem quaſi materia hujus Sacramenti ipſius pœnitentis actus, *e* nempe Contritio, Confeſſio, & Satisfactio. Qui quatenus in pœnitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum remiſſionem ex Dei inſtitutione requiruntur, hac ratione Pœnitentiæ partes dicuntur. Sane vero res & effectus hujus Sacramenti, quantum ad ejus vim & efficaciam pertinet, reconciliatio eſt cum Deo, quam interdum in viris piis, & cum devotione hoc Sacramentum percipientibus, conſcientiæ pax ac ſerenitas cum vehementi ſpiritus conſolatione conſequi ſolet. Hæc de partibus & effectu hujus Sacramenti ſancta Synodus tradens, ſimul eorum ſententias damnat,

a *Supra Seſſ. 6. de Iuſtificat.*
ap. 14. & infra Can. 8.
1 Cor. 5. in fin. cap. Multi.
. 2. 1. c. Gaudemus, de diver-

c *1 Cor. 12. b. c. Verbum. de Pœnit. Diſt. 1.* d *Galat. 3.* e *Supra Seſſ. 6. de juſtif. cap. 14. & infra Can. 4.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

damnat, qui Pœnitentiæ partes incuſſos conſcientiæ terrores, & fidem eſſe contendunt.

CAPVT IV.

De Contritione.

Contritio, *a* quæ primum locum inter dictos pœnitentis actus habet, animi dolor ac deteſtatio eſt de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cetero. Fuit autem quovis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic Contritionis motus neceſſarius; & in homine poſt Baptiſmum lapſo ita demum præparat ad remiſſionem peccatorum, ſi cum fiducia divinæ miſericordiæ, & voto præſtandi reliqua, conjunctus ſit, quæ ad rite ſuſcipiendum hoc Sacramentum requiruntur. Declarat igitur ſancta Synodus, hanc Contritionem, non ſolum *b* ceſſationem à peccato, & vitæ novæ propoſitum & inchoationem, ſed veteris etiam odium continere, juxta illud: *c* Projicite à vobis omnes iniquitates veſtras, in quibus prævaricati eſtis; & facite vobis cor novum, & ſpiritum novum. Et certe, qui illos ſanctorum clamores conſideraverit: *d* Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci: *e* Laboravi in gemitu meo, lavabo per ſingulas noctes lectum meum: *f* Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ: & alios hujus generis, facile intelligit, eos ex vehementi quodam anteactæ vitæ odio, & ingenti peccatorum deteſtatione manaſſe. Docet præterea, etſi

Contritionem hanc aliqu
charitate perfectam eſſe
tingat, hominemque De
conciliare, priuſquam
Sacramentum actu ſuſc
tur; ipſam nihilominus
conciliationem ipſi Co
tioni, ſine Sacramenti
quod in illa includitur,
eſſe adſcribendam. Illar
ro Contritionem imp
ctam, quæ Attritio dic
quoniam vel ex turpi
peccati conſideratione,
ex gehennæ & pœnarum
tu communiter concipitu
voluntatem peccandi ex
dat, cum ſpe veniæ; decla
non ſolum non facere ho
nem hypocritam, & ma
peccatorem, verum etiam
num Dei eſſe, & Spiritus
cti impulſum, non adhuc q
dem inhabitantis, ſed tant
moventis, quo pœnitens
jutus, viam ſibi ad juſtiti
parat. Et quamvis ſine
cramento pœnitentiæ per
ad juſtificationem perduc
peccatorem nequeat; tam
eum ad Dei gratiam in Sac
mento Pœnitentiæ impetra
dum diſponit. Hoc enim
more utiliter *f* concuſſi Nin
vitæ, ad Jonæ prædicati
nem plenam terroribus, po
nitentiam egerunt, & miſer
cordiam à Dominò impetr
runt. Quamobrem falſo qu
dam calumniantur Cathol
cos ſcriptores, quaſi tradide
rint Sacramentum Pœniter
tiæ, abſque bono motu ſuſci
pientium gratiam conferre
quod numquam Eccleſia De
docuit, nec ſenſit. ſed & fal
ſo docent; Contritionem eſſ
extortam, & coactam, non li
beram, & voluntariam.

a *Supra Seſſ. 6. de juſtificat. cap. 6. & 14.* b *Infra Can. 5.* c *Ezech. 18.* d *Pſalm. 50. c. At venit. de Pœn. Diſt. 1.* | c. *Totam. de Pœnitent. Diſt. 3.* e *Pſalm. 6.* f *Iſaiæ 38.* g *Ionæ. 3. Matth. 12. Lucæ 11. c. Quamobrem. de Pœn. Diſt. 1.*

CAPVT V.

De Confeßione.

[E]x inſtitutione Sacra-
[m]enti Pœnitentiæ jam
[expli]cata, univerſa Eccleſia
[semp]er intellexit, inſtitutam
[etiam] eſſe à Domino integram
[pecc]atorum Confeſſionem, &
[omn]ibus poſt Baptiſmum lap-
[sis j]ure divino neceſſariam
[exi]ſtere: quia Dominus no-
[ſter] Jeſus Chriſtus, *b* è terris
[aſc]enſurus ad cœlos, ſacer-
[dote]s ſui ipſius Vicarios re-
[liqu]it, tamquam præſides &
[judi]ces; ad quos omnia mor-
[tali]a crimina deferantur, in
[quæ] Chriſti fideles ciderint;
[quo]d, pro poteſtate Clavium
[re]miſſionis aut retentionis
[pecc]atorum, ſententiam pro-
[nun]tient. *c* conſtat enim, ſa-
[cer]dotes judicium hoc, inco-
[gni]ta cauſa, exercere non
[pot]uiſſe, neque æquitatem
[qui]dem illos in pœnis injun-
[ge]ndis ſervare potuiſſe, ſi in
[ge]nere dumtaxat, & non po-
[tiu]s in ſpecie, ac ſigillatim,
[sua] ipſa peccata *d* declaraſ-
[sen]t. *e* Ex his colligitur,
[op]ortere à pœnitentibus om-
[nia] peccata mortalia, quorum
[po]ſt diligentem ſui diſcuſſio-
[ne]m conſcientiam habent, in
[Co]nfeſſione recenſeri, etiam
[si] occultiſſima illa ſint, &
[ta]ntum adverſus duo ultima
[De]calogi præcepta com-
[m]iſſa, quæ nonnumquam ani-
[m]um gravius ſauciant, & pe-
[ri]culoſiora ſunt iis quæ in
[m]anifeſto admittuntur. nam
venialia, quibus à gratia Dei
non excludimur, *g* & in quæ
frequentius labimur, quam-
quam recte & utiliter, citra-
que omnem præſumptionem
in Confeſſione dicantur, quod
piorum hominum uſus de-
monſtrat; taceri tamen citra
culpam, multiſque aliis re-
mediis expiari poſſunt. Ve-
rum, cum univerſa mortalia
peccata, etiam cogitationis,
h homines iræ filios, & Dei
inimicos reddant: neceſſum
eſt, omnium etiam veniam,
cum aperta & verecunda Con-
feſſione, à Deo quærere. Ita-
que dum omnia, quæ memo-
riæ occurrunt, peccata Chri-
ſti fideles confiteri ſtudent,
proculdubio omnia divinæ
miſericordiæ agnoſcenda ex-
ponunt: qui vero ſecus fa-
ciunt, & ſcienter aliqua reti-
nent, nihil divinæ bonitati
per ſacerdotem remittendum
proponunt. *i* ſi enim erube-
ſcat ægrotus vulnus medico
detegere, quod ignorat, me-
dicina non curat. Colligitur
præterea, etiam eas circum-
ſtantias in Confeſſione expli-
candas eſſe, quæ ſpeciem pec-
cati mutant: quod ſine illis
peccata ipſa neque à pœni-
tentibus integre exponantur,
nec judicibus innoteſcant: &
fieri nequeat, ut de gravitate
criminum recte cenſere poſ-
ſint, & pœnam, quam oportet,
pro illis pœnitentibus impo-
nere. unde alienum à ratione
eſt, docere circumſtantias has
ab hominibus otioſis excogi-
tatas fuiſſe: aut unam tantum
cir-

a *Lucæ* 5. *&* 17. *Iac.* 5. [1] *Ioan.* 1. *infra Can.* 6. [b] *Ioan.* 20. *Matt.* 15. *c. Ver-[b]um de Pœnit. diſt.* 1. *& c. Ad-[h]uc de Pœnit. diſt.* 3. c *Hie-[ro]n. exponens illud Eccle.* 10. [S]i mordeat ſerpens in ſilentio. d *An tamen per litteras ſeu internuntium, conſule Bullam Clementis* VIII. Sanctiſſimus. 1602. e *Infra Can.* 6. f *Deuter.* 5. g *Supra Seſſ.* 6. *Can.* 23. *c. Adhuc. & c. De quotidianis, de Pœnit. Diſt.* 3. h *Epheſ.* 2. i *Hieron. dicto loco.*

circumſtantiam confitendam eſſe, nempe peccaſſe in fratrem. Sed & impium eſt, Confeſſionem, quæ hac ratione fieri præcipitur, impoſſibilem dicere, aut carnificinam illam conſcientiarum appellare: conſtat enim, nihil aliud in Eccleſia à pœnitentibus exigi, quam ut poſtquam quiſque diligentius ſe excuſſerit, & conſcientiæ ſuæ ſinus omnes & latebras exploraverit, ea peccata confiteatur, quibus ſe Dominum & Deum ſuum mortaliter offendiſſe meminerit: reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in univerſum, eadem Confeſſione incluſa eſſe intelliguntur: pro quibus fideliter cum Propheta dicimus: *a* Ab occultis meis munda me Domine. Ipſa vero hujuſmodi Confeſſionis difficultas, ac peccata detegendi verecundia gravis quidem videri poſſet, niſi tot tantiſque commodis & conſolationibus levaretur, quæ omnibus, digne ad hoc Sacramentum accedentibus, per abſolutionem certiſſime conferuntur. Ceterum, quo ad modum confitendi ſecreto apud ſolum ſacerdotem, etſi Chriſtus non vetuerit, quin aliquis in vindictam ſuorum ſcelerum, & ſui humiliationem, cum ob aliorum exemplum, tum ob Eccleſiæ offenſæ ædificationem, delicta ſua publice confiteri poſſit: non eſt tamen hoc divino præcepto mandatum; nec ſatis conſulte humana aliqua lege præciperetur, ut delicta, præſertim ſecreta, publica eſſent confeſſione aperienda. unde cum à ſanctiſſimis *b* & antiquiſſimis Patribus, magno, u[...] mique conſenſu, ſecreta [...] feſſio Sacramentalis, qu[...] initio Eccleſia ſancta uſa [...] & modo etiam utitur, f[...] ſemper commendata; m[...] feſte refellitur inanis eo[...] calumnia, qui eam à di[...] mandato alienam, & in[...] tum humanum eſſe, atq[...] *c* Patribus in Concilio L[...] ranenſi congregatis, initi[...] habuiſſe; docere non ve[...] tur, neque enim per *d* La[...] ranenſe Concilium Eccl[...] ſtatuit, ut Chriſti fideles c[...] fiterentur, quod iure div[...] neceſſarium & inſtitutum [...] intellexerat; ſed ut præ[...] ptum Confeſſionis, ſaltem [...] mel in anno, ab omnibus [...] ſingulis, cum ad annos d[...] cretionis perveniſſent, imp[...] retur. unde jam in univer[...] Eccleſia, cum ingenti anim[...] rum fidelium fructu, obſe[...] vatur mos ille ſalutaris co[...] fitendi, ſacro illo, & maxi[...] acceptabili tempore Quadr[...] geſimæ: quem morem hæ[...] ſancta Synodus maxime pro[...] bat, & amplectitur, tamquam [...] pium, & merito retinendum.

CAPUT VI.

De miniſtro hujus Sacramenti & Abſolutione.

Circa miniſtrum autem hujus Sacramenti, declarat ſancta Synodus, falſas eſſe, & à veritate Euangelii penitus alienas doctrinas *e* omnes, quæ ad alios quoſvis homines præter Epiſcopos & Sacerdotes, Clavium miniſterium pernicioſe extendunt, putantes verba illa Domini: *f* Quæcumque alligaveritis ſuper terram, erunt alligata & in

a *Pſalm.* 118. b *Conc. Cabilon. c.* 33. c *Infra Can.* 8. & 14. d *Vide infra* XX. e *Infr. Cap.* 10. f *Matth.* 16. & 18.

cælo ; & quæcumque
ritis ſuper terram, erunt
a & in cælo ; *a* &, Quo-
remiſeritis peccata, re-
untur eis ; & quorum re-
eritis, retenta ſunt : ad
es Chriſti fideles indiffe-
er & promiſcue, *b* con-
inſtitutionem hujus Sa-
nenti ita fuiſſe dicta, ut
is poteſtatem habeat re-
tendi peccata publica qui-
per correptionem, ſi cor-
us acquieverit ; ſecreta
o per ſpontaneam Confeſ-
nem cuicumque factam.
cet quoque, etiam ſacer-
es, qui peccato mortali
entur, per virtutem Spiri-
ſancti, in ordinatione col-
am, tamquam Chriſti mi-
tros, functionem remitten-
peccata exercere, eoſque
ive ſentire, qui in malis
erdotibus hanc poteſtatem
n eſſe contendunt. *c* Quam-
s autem abſolutio ſacerdo-
alieni beneficii ſit diſpen-
io ; tamen non eſt ſolum
dum miniſterium, vel an-
ntiandi Euangelium, vel
clarandi remiſſa eſſe pecca-
; ſed *d* ad inſtar actus judi-
alis ; quo ab ipſo, velut à
dice, ſententia pronuntia-
r: atque ideo non debet pœ-
tens adeo ſibi de ſua ipſius
le blandiri, ut etiamſi nulla
i adſit contritio, aut ſacer-
oti animus ſerio agendi, &
ere abſolvendi deſit ; putet
amen ſe, propter ſuam ſolam
dem, vere & coram Deo eſſe
oſolutum, nec enim fides ſi-
ne Pœnitentia remiſſionem ullam peccatorum præſtaret : nec is eſſet, niſi ſalutis ſuæ negligentiſſimus, qui ſacerdotem joco ſe abſolventem cognoſceret ; & non alium ſerio agentem ſedulo requireret.

CAPVT VII.

De caſuum reſervatione.

QVoniam igitur natura & ratio judicii illud expoſcit, ut ſententia in ſubditos dumtaxat feratur ; *e* perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit, & veriſſimum eſſe Synodus hæc confirmat, nullius momenti Abſolutionem eam eſſe debere, quam ſacerdos in eum profert, in quem ordinariam aut ſubdelegatam non habet juriſdictionem. Magnopere vero ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinere, ſanctiſſimis Patribus noſtris viſum eſt, ut atrociora quædam & graviora crimina non â quibuſvis, ſed à *f* ſummis dumtaxat ſacerdotibus, abſolverentur, *g* unde merito Pontifices Max. pro ſuprema poteſtate ſibi in Eccleſia univerſa tradita, cauſas aliquas criminum graviores ſuo potuerunt peculiari judicio reſervare. *h* Neque dubitandum eſt, quando omnia, quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt, quin hoc idem *i* Epiſcopis omnibus in ſua cuique diœceſi, in ædificationem tamen, non in deſtructionem, liceat, pro illis in ſubditos tradita ſupra reli-

a *Ioan.* 20. b *Supra Seſſ.* 7.
e Sacrament. Can. 10. c *c.*
ecundum Eccleſiæ. 19. *Diſt.*
& *c. Non nocet.* 1. *q.* 1.
Infra Can. 9. e *c. Si Epi-*
cop. de pœnit. in 6. f *Cy-*
rian. in epiſt. quæ incipit.
Ingemiſcere. *& in epiſt. cu-*
jus initium, Miror. *Origenes*
Homil. 10. *in Gen.* g *c. Si quis ſuadente.* 17. *q.* 4. *c. Ita quorundam. de Iudæis. c. Conqueſti. de ſent. excom. c. Quicumque eo tit. in* 6. *c.* 2. *eod. tit. in Clem. & c. Etſi dominici. de pœnit. in Extrav. com. cum ſim.* h *Rom.* 23. i *Infra Seſſ.* 24. *cap.* 6. *de reform.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

reliquos inferiores ſacerdotes auctoritate, præſertim quoad illa, quibus excommunicationis cenſura annexa eſt. Hanc autem delictorum reſervationem, conſonum eſt divinæ auctoritati, non tantum in externa politia, ſed etiam coram Deo vim habere. Verumtamen pie admodum, ne hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadem Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, *a* ut nulla ſit reſervatio in articulo mortis: atque ideo omnes ſacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſvis peccatis & cenſuris abſolvere poſſunt: extra quem articulum ſacerdotes cum nihil poſſint in caſibus reſervatis, id unum pœnitentibus perſuadere nitantur, *b* ad Superiores & legitimos judices pro beneficio Abſolutionis accedant.

CAPVT VIII.

De ſatisfactionis neceſſitate, & fructu.

DEmum, quod Satisfactionem, quæ ex omnibus pœnitentiæ partibus, quemadmodum à Patribus noſtris Chriſtiano populo fuit perpetuo tempore commendata, ita una maxime noſtra ætate, ſummo pietatis prætextu, impugnatur ab iis qui ſpeciem pietatis habent, virtutem autem ejus abnegarunt: ſancta Synodus declarat, falſum omnino eſſe, & à v[...]
Dei alienum, *c* culpam à [...]
mino numquam remi[...]
quin univerſa etiam p[...]
condonetur: perſpicua e[...]
& *d* illuſtria in ſacris L[...]
ris exempla reperiuntur, [...]
bus, præter divinam tradi[...]
nem, hic error quam ma[...]
feſtiſſime revincitur. S[...]
& divinæ juſtitiæ ratio e[...]
gere videtur, ut aliter ab[...]
in gratiam recipiantur, [...]
ante Baptiſmum per ignor[...]
tiam deliquerint; aliter ve[...]
qui ſemel à peccati & dæm[...]
nis ſervitute liberati, & ac[...]
pto Spiritus ſancti dono [...]
entes, *e* templum Dei viola[...]
& *f* Spiritum ſanctum cont[...]
ſtare non formidaverint. [...]
divinam clementiam decet, [...]
ita nobis abſque ulla Satisf[...]
ctione peccata dimittantu[...]
ut, occaſione accepta, pecc[...]
ta leviora putantes, velut i[...]
jurii, & *g* contumelioſi Spiri[...]
tui ſancto, in graviora laba[...]
mur, *h* theſaurizantes nob[...]
iram in die iræ. Proculdubi[...]
enim magnopere à peccat[...]
revocant, & quaſi freno quodam coërcent hæ ſatisfactoriæ pœnæ, pauci oreſque & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt; medentur quoque peccatorum reliquiis; & vitioſos habitus, male vivendo comparatos, contrariis virtutum actionibus tollunt. *i* Neque vero ſecurior ulla via in Eccleſia Dei umquam exiſtimata fuit ad amovendam imminentem

a à

a c. *Felicis. de pœnitent. in* 6. c. *Paſtoralis de off. ord* c. *Cupientes. de pœnis. in Cle.* c. *Inter cunctas*, §. *Duos*, *de priv. in Extrav. commen. Cæleſt. epiſt.* 2. *cap.* 2. *&* 4. *Carthag. cap.* 76. *&* 11. *Toletan. cap.* 12. b *Quos caſus Superiores regularium reſervare poſſint. vide in Decreto Clementis* VIII. *incip.* Sanctiſſimus. 16. *Maji* 1593. c *Supra Seſſ.* 6. c. 14. *& Can.* 36. *de Iuſtificatione*, *infra Can.* 12. d *Gen.* 3. 2 *Reg.* 12. *Num.* 12. *&* 20. e 1 *Cor.* 3. f *Eph.* 4. g *Hebr.* 10. h *Rom.* 2. i *Ezech.* 33. *Ion.* 3. *Ier.* 3. 18. *&* 25.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

…omino pœnam, quam …æc pœnitentiæ opera …nes cum vero animi do- …requentent. Accedit ad …, quod, dum ſatisfacien- …patimur pro peccatis, …ſto Jeſu, *b* qui pro pec- … noſtris ſatisfecit, ex quo …nnis noſtra ſufficientia …onformes efficimur, cer- …nam quoque inde ar- … habentes, quod *d* ſi …patimur, & conglorifi- …mur. Neque verò ita no- …eſt ſatisfactio hæc, quam …peccatis noſtris exſolvi- …, ut non ſit per Chriſtum …m: nam qui *e* ex nobis, …quam ex nobis nihil poſ- …us, eo cooperante qui …confortat, omnia poſ- …us. ita non habet homo …e glorietur: *f* ſed om- …gloriatio noſtra in Chri- …eſt: in quo *g* vivimus, …quo meremur; in quo ſa- …acimus, *h* facientes fru- …s dignos pœnitentiæ; qui …illo vim habent; ab illo …runtur Patri; & per il- … acceptantur à Patre. …bent ergo ſacerdotes Do- …ni, quantum ſpiritus & …dentia ſuggeſſerit, pro …litate criminum, & pœ- …ntium facultate, ſalutares …convenientes ſatisfactio- … injungere: ne, ſi forte …catis conniveant, & in- …gentius cum pœnitenti- … agant, leviſſima quædam …ra pro graviſſimis delictis …ngendo, alienorum pec- …orum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, ut Satisfactio, quam imponunt, non ſit tantum ad novæ vitæ cuſtodiam, & infirmitatis medicamentum, ſed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & caſtigationem: *i* nam Claves ſacerdotum non ad ſolvendum dumtaxat, ſed & ad ligandum conceſſas, etiam antiqui Patres & credunt, & docent; nec propterea exiſtimarunt, Sacramentum Pœnitentiæ eſſe forum iræ, vel pœnarum, ſicut nemo umquam Catholicus ſenſit, ex hujuſmodi noſtris ſatisfactionibus vim meriti & *k* ſatisfactionis Domini noſtri Jeſu Chriſti vel obſcurari, vel aliqua ex parte imminui: quod dum Novatores intelligere volunt, ita optimam Pœnitentiam novam vitam eſſe docent, ut omnem Satisfactionis vim & uſum tollant.

CAPVT IX.

De operibus Satisfactionis.

Docet præterea, tantam eſſe divinæ munificentiæ largitatem, ut non ſolum pœnis ſponte à nobis pro vindicando peccato ſuſceptis, aut ſacerdotis arbitrio pro menſura delicti impoſitis, ſed etiam, quod maximum amoris *l* argumentum eſt, temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem

E 5

… *Iſa.* 30. *Eccli.* 17. *Matth.* …. 11. & 18. *cum ſimilib.* … *Rom.* 5. 1 *Ioan.* 2. *in princ.* … 2 *Corinth.* 3. d *Rom.* 8. … 2 *Cor.* 3. *Philip.* 4. 1 *Cor.* 1. … *fine.* f 2 *Cor.* 10. *in fine.* …l. 6. g *Act.* 17. h *Matt.* … & 4. *Luc.* 3, 10. 17. c. *Tem-* …*ta*, *cum multis ſeq.* 26. q. 7. c. *De pœnitentibus. de Conſ. Diſt.* 3. *Conc. Carthag.* 3. c. 31. & *Conc. Carthag.* 4. *cap.* 74. *Conc. Cabilonenſ.* c. 34. & 38. *Conc. Afric.* c. 9. i *Matt.* 16. & *Ioan.* 10. *ſup. cap.* 1. *in fine.* & *inf. Can.* 3. & *ult. de Pœnit.* k *Infra Can.* 24. l c. *Sunt plures. in fin. de Pœnit. diſt.* 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

trem per Chriſtum Jeſum ſatisfacere valeamus.

Doctrina de Sacramento Extremæ Vnctionis.

VIſum eſt autem ſanctæ Synodo, præcedenti doctrinæ de Pœnitentia adjungere ea quæ ſequuntur de Sacramento extremæ Vnctionis: quod non modo Pœnitentiæ, ſed & totius Chriſtianæ vitæ, quæ perpetua Pœnitentia eſſe debet, conſummativum exiſtimatum eſt à Patribus. Primum itaque, circa illius inſtitutionem, declarat, & docet, *a* quod clementiſſimus Redemptor noſter, qui ſervis ſuis quovis tempore voluit de ſalutaribus remediis *b* adverſus omnia omnium hoſtium tela eſſe proſpectum, quemadmodum auxilia maxima in Sacramentis aliis præparavit, quibus Chriſtiani conſervare ſe integros, dum viverent, ab omni graviore ſpiritus incommodo poſſint; ita extremæ Vnctionis Sacramento finem vitæ, tamquam firmiſſimo quodam præſidio, munivit. nam etſi *c* adverſarius noſter occaſiones per omnem vitam quærat, & captet, ut devorare animas noſtras quoquo modo poſſit: nullum tamen tempus eſt, quo vehementius ille omnes ſuæ verſutiæ nervos intendat ad perdendos nos penitus, & à fiducia etiam, *d* ſi poſſit, divinæ miſericordiæ deturbandos, quam cum impendere nobis exitum vitæ perſpicit.

CAPVT I.

De inſtitutione Sacrame[ntique]
extremæ Vnctionis.

INſtituta eſt autem [...]
hæc Vnctio infirmor[...]
tamquam vere & proprie[...]
cramentum novi Teſtame[...]
à Chriſto Domino noſt[...]
e apud Marcum quidem i[...]
nuatum, *f* per Jacobum [...]
tem Apoſtolum, ac Do[...]
fratrem fidelibus commen[...]
tum, ac promulgatum. [...]
firmatur, inquit, quis in [...]
bis: inducat Presbyteros [...]
cleſiæ, & orent ſuper eu[...]
ungentes eum oleo in no[...]
ne Domini: & oratio f[...]
ſalvabit infirmum: & al[...]
viabit eum Dominus; &, ſ[...]
peccatis ſit, dimittentur [...]
Quibus verbis, ut ex Apoſ[...]
lica traditione, per ma[...]
accepta, Eccleſia didicit, [...]
cet materiam, formam, p[...]
prium miniſtrum, & effect[...]
hujus ſalutaris Sacramen[...]
intellexit enim Eccleſia, m[...]
teriam eſſe oleum ab Epiſc[...]
po benedictum. nam Vnct[...]
aptiſſime Spiritus ſancti gr[...]
tiam, qua inviſibiliter anin[...]
ægrotantis inungitur, repr[...]
ſentat; formam deinde e[...]
illa verba, Per iſtam uncti[...]
nem, &c.

CAPVT II.

De effectu hujus Sacramenti.

RES porro, & effectus h[...]
jus Sacramenti illis verb[...]
explicatur: Et *g* oratio fid[...]
ſalvabit infirmum: & allevia[...]
bit eum Dominus: &, ſi i[...]
peccatis ſit, dimittentur ei[...]
h res etenim hæc gratia e[...]

Spi

a *Infra Can.* 1. *de Sacram. extremæ Vnctionis.* b *Epheſ.* 6. c 1 *Petr.* 5. *c. Nulli, dubium.* 3. *q.* 1. d *Gen.* 3. & *infra c.* 2. *in fin.* e *Marc.* 6. f *Iacob.* 2. *c. Presbyteros. pal.*

95. *Diſt. c.* 1. §. *de ſacra Vnctione. Con. Cabilon. cap.* 48. *Innocent.* I. *Epiſt.* 1. *cap.* 8. g *Iacob.* 5. h *Infra Can.* 2 *de Sacram. extremæ Vnct.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

ritus ſancti : cujus Vnctio
cta, ſi quæ ſint adhuc ex-
nda, ac peccati reliquias
rgit; & ægroti animam
at, & confirmat, ma-
n in eo divinæ miſericor-
iduciam excitando : qua
mus ſublevatus, & mor-
commoda ac labores le-
fert; & tentationibus dæ-
is, *a* calcaneo inſidiantis
ius reſiſtit : & ſanitatem
oris interdum, ubi ſa-
animæ expedierit, con-
itur.

CAPVT III.

*miniſtro hujus Sacramenti, & tempore, quo dari de-
cat.*

m vero, quod attinet ad
æſcriptionem eorum qui
ſcipere, & miniſtrare hoc
ramentum debent, haud
ure fuit illud etiam in
is prædictis traditum,
& oſtenditur illic, pro-
s hujus Sacramenti mini-
s eſſe Eccleſiæ Presbyte-
, quo nomine, eo loco,
ætate Seniores, aut pri-
res in populo intelligendi
unt, ſed *b* aut Epiſcopi,
ſacerdotes, ab ipſis rite
nati, *c* per impoſitionem
nuum presbyterii. Decla-
r etiam, eſſe hanc Vnctio-
n infirmis adhibendam,
vero præſertim, qui tam
culoſe decumbunt, ut in
u vitæ conſtituti videan-
: unde & Sacramentum
untium nuncupatur. Quod
firmi poſt ſuſceptam hanc
tionem convaluerint, ite-
n hujus Sacramenti ſubſi-
juvari poterunt, cum in
d ſimile vitæ diſcrimen
inciderint. Quare nulla ratio-
ne audiendi ſunt, qui contra
tam apertam & dilucidam A-
poſtoli *d* Jacobi ſententiam
docent, hanc Vnctionem vel
figmentum eſſe humanum,
vel ritum à Patribus acce-
ptum, nec mandatum Dei,
nec promiſſionem gratiæ ha-
bentem : & qui illam jam ceſ-
ſaſſe aſſerunt, quaſi ad gra-
tiam curationum dumtaxat in
primitiva Eccleſia referenda
eſſet : & qui dicunt, ritum &
uſum quem ſancta Romana
Eccleſia in hujus Sacramen-
ti adminiſtratione obſervat,
e Jacobi Apoſtoli ſententiæ
repugnare, atque ideo in a-
lium commutandum eſſe; &
denique, qui hanc extremam
Vnctionem à fidelibus ſine
peccato contemni poſſe affir-
mant, hæc enim omnia ma-
nifeſtiſſime pugnant cum per-
ſpicuis tanti Apoſtoli verbis.
Nec profecto Eccleſia Roma-
na *f* aliarum omnium mater,
& magiſtra, aliud in hac ad-
miniſtranda Vnctione, quan-
tum ad ea quæ hujus Sacra-
menti ſubſtantiam perficiunt,
obſervat, quam quod beatus
Jacobus præſcripſit. Nec ve-
ro tanti Sacramenti contem-
ptus abſque ingenti ſcelere &
ipſius Spiritus ſancti injuria
eſſe poſſet.

Hæc ſunt, quæ de Pœni-
tentiæ & extremæ Vnctionis
Sacramentis hæc ſancta œcu-
menica Synodus profitetur,
& docet, atque omnibus Chri-
ſti fidelibus credenda & te-
nenda proponit. Sequentes
autem Canones inviolabiliter
ſervandos eſſe tradit, & aſſe-
rentes contrarium perpetuo
damnat, & anathematizat.

De

Geneſ.3. b *c. Illud ſuper-
um 95. diſt. & infra Can. ult.
Tim. 4. c. Ecce ego. §. Pres-
teri. diſt. 95.* f *Iac. 5.* g *Infra
Can. 3. de Sacrament. extremæ
Vnct.* h *c. Non decet. 12.
Diſt. c. 2. in fin. de ſum. Trin.
& c. fin. de for. compet.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

De Sanctiſſimo POENITENTIÆ *Sacramento.*

CANON I.

Si quis dixerit, in Catholica Eccleſia *a* Pœnitentiam non eſſe vere & proprie Sacramentum pro fidelibus, quoties poſt Baptiſmum in peccata labuntur, ipſi Deo reconciliandis, à Chriſto Domino noſtro inſtitutum; anathema ſit.

CANON II.

Si quis Sacramenta confundens, *b* ipſum Baptiſmum, Pœnitentiæ Sacramentum eſſe dixerit, quaſi hæc duo Sacramenta diſtincta non ſint, atque ideo Pœnitentiam non recte *c* ſecundam poſt naufragium tabulam appellari; anathema ſit.

CANON III.

Si quis dixerit, verba illa Domini Salvatoris: *d* Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt: non eſſe intelligenda de poteſtate remittendi & retinendi peccata in Sacramento Pœnitentiæ, ſicut Eccleſia Catholica ab initio ſemper intellexit; detorſerit autem, contra inſtitutionem hujus Sacramenti, ad auctoritatem prædicandi Evangelium; anathema ſit.

CANON IV.

Si quis negaverit, *e* ad integram & perfectam peccatorum remiſſionem requiri tres actus in pœnitente, quaſi materiam Sacramenti Pœnitentiæ, videlicet, Contritionem, Confeſſionem, & Satisfactio-
nem, quæ tres Pœniten
partes dicuntur; aut dixe
duas tantum eſſe Pœniten
partes, terrores ſcilicet inc
ſos conſcientiæ, agnito p
cato, & fidem conceptam
Evangelio, vel abſolutio
qua credit quis ſibi per Ch
ſtum remiſſa peccata; a
thema ſit.

CANON V.

Si quis dixerit, *f* eam Co
tritionem, quæ paratur p
diſcuſſionem, collectionem
deteſtationem peccatorum
qua quis *g* recogitat ann
ſuos in amaritudine anim
ſuæ, ponderando peccatoru
ſuorum gravitatem, mul
tudinem, fœditatem, ami
ſionem æternæ beatitudini
& æternæ damnationis incu
ſum, cum propoſito melior
vitæ, non eſſe verum & ut
lem dolorem, nec præpara
ad gratiam, ſed facere hom
nem hypocritam, & mag
peccatorem; demum illa
eſſe dolorem coactum, & no
liberum, ac voluntarium
anathema ſit.

CANON VI.

Si *h* quis negaverit, Con
feſſionem Sacramentalem ve
inſtitutam, vel ad ſaluten
neceſſariam eſſe jure divino
aut dixerit, modum ſecret
confitendi ſoli ſacerdoti
quem Eccleſia Catholica al
initio ſemper obſervavit, &
obſervat, alienum eſſe ab in-
ſtitutione & mandato Chriſti,
& inventum eſſe humanum;
anathema ſit.

C A-

a *Supra cap.* 1. *de Pœnit.* b *Supra cap.* 1. c *c. Secunda poſt naufragium. de Pœnitent. Diſt.*1. d *Ioan.* 20. *Matt.*16. *ſupra c.* 1. *&* *Seſſ.* 6. *de Iuſtificat. cap.* 14. e *Supra cap.* 3. *de Pœnit.* f *Supra cap.* 4. *de Pœnit.* g *Iſa.* 38. *d* h *Supra cap.*5. *de Pœnit. Clemens* I. *in epiſt.* 1. *ad Iacobum. Concil. Cabilon. cap.* 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

CANON VII.

quis dixerit, *a* In Sacra-
o Pœnitentiæ ad remiſ-
m peccatorum neceſſa-
non eſſe jure divino,
teri omnia & ſingula
ata mortalia, quorum
noria cum debita & dili-
i præmeditatione habea-
etiam occulta, & quæ
contra *b* duo ultima De-
gi præcepta, & circum-
ias, quæ peccati ſpeciem
ant; ſed eam Confeſſio-
tantum eſſe utilem ad
iendum, & conſolandum
itentem, & olim obſer-
m fuiſſe tantum ad ſatis-
onem canonicam impo-
dam; aut dixerit, eos,
omnia peccata confiteri
ent, nihil relinquere vel-
vinæ miſericordiæ igno-
dum; aut demum, non
re confiteri peccata venia-
anathema ſit.

CANON VIII.

quis dixerit, Confeſſio-
omnium peccatorum,
lem Eccleſia ſervat, *c* eſſe
poſſibilem, & traditionem
nanam, à piis abolendam;
ad eam non teneri omnes
ſingulos utriuſque ſexus
iſti fideles, *d* juxta magni
cilii Lateranenſis conſti-
onem, ſemel in anno, &
id ſuadendum eſſe Chriſti
libus, ut non confitean-
tempore Quadrageſimæ;
thema ſit.

CANON IX.

i quis dixerit, *e* Abſolu-
nem Sacramentalem ſacer-
is non eſſe actum judicialem, ſed nudum miniſterium pronuntiandi & declarandi remiſſa eſſe peccata confitenti; modo tantum credat ſe eſſe abſolutum; aut ſacerdos non ſerio, ſed joco abſolvat; aut dixerit non requiri Confeſſionem pœnitentis, ut ſacerdos eum abſolvere poſſit; anathema ſit.

CANON X.

Si quis dixerit, ſacerdotes, qui in *f* peccato mortali ſunt, poteſtatem ligandi, & ſolvendi non habere; aut non ſolos ſacerdotes eſſe miniſtros abſolutionis, ſed omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus eſſe dictum; *g* Quæcumque ligaveritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quæcumque ſolveritis ſuper terram, erunt ſoluta & in cælo; &, *h* Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt: quorum verborum virtute quilibet abſolvere poſſit peccata; publica quidem per correptionem dumtaxat, ſi correptus acquieverit; ſecreta vero per ſpontaneam confeſſionem; anathema ſit.

CANON XI.

Si quis dixerit, Epiſcopos non habere jus *i* reſervandi ſibi caſus, niſi quoad externam politiam, atque ideo caſuum reſervationem non prohibere, quo minus ſacerdos à reſervatis vere abſolvat; anathema ſit.

CANON XII.

Si quis dixerit, totam pœnam ſimul cum *k* culpa remitti

Supra cap. 5. b *Deut. 5.*
ſupra cap. 5. d *Vide infra*
c. e *Supra c. 6. in fine.*
Supra cap. 1. & cap. 6. de
enit. g *Matth. 16. & 18.*

h *Joan. 20.* i *Supra c. 7. c. Si Epiſc. de pœnit. in 6. c. De cetero & c. Dæmonialibus. de ſent. excom. cum ſim.* k *Supra cap. 8. de Pœnit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

mitti ſemper à Deo, ſatisfactionemq; pœnitentium non eſſe aliam quam fidem, qua apprehendunt Chriſtum pro eis ſatisfeciſſe; anathema ſit.

CANON XIII.

Si quis dixerit, pro *a* peccatis, quoad pœnam temporalem, minime Deo per Chriſti merita ſatisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis, vel à ſacerdote injunctis, ſed neque ſponte ſuſceptis, ut jejuniis, orationibus, eleemoſynis, vel aliis etiam pietatis operibus, atque ideo optimam pœnitentiam eſſe tantum novam vitam; anathema ſit.

CANON XIV.

Si quis dixerit, *b* ſatisfactiones, quibus pœnite
per Chriſtum Jeſum pec
redimunt, non eſſe cu
Dei, ſed traditiones ho
num, doctrinam de gratia
verum Dei cultum, atque
ſum beneficium mortis C
ſti obſcurantes; anathema

CANON XV.

Si quis dixerit, Claves
cleſiæ eſſe *c* datas tantum
ſolvendum, non etiam ad
gandum; & propterea ſac
dotes, dum imponunt p
nas confitentibus, agere c
tra finem Clavium, & c
tra inſtitutionem Chriſti;
fictionem eſſe, quod virt
Clavium, ſublata pœna
terna, pœna temporalis p
rumque exſolvenda ren
neat; anathema ſit.

De Sacramento EXTREMÆ UNCTIONIS.

CANON I.

Si quis dixerit, extremam Vnctionem non eſſe vere & proprie Sacramentum à *d* Chriſto Domino noſtro inſtitutum, & à *e* beato Jacobo Apoſtolo promulgatum; ſed ritum tantum acceptum à Patribus, aut figmentum humanum; anathema ſit.

CANON II.

Si quis dixerit, ſacram infirmorum *f* Vnctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleviare infirmos; ſed jam ceſſaſſe, quaſi olim tantum fuerit gratia curationum; anathema ſit.

CANON III.

Si quis dixerit, *g* extremæ Vnctionis ritum, & uſum
quem obſervat ſancta Rom
na Eccleſia, repugnare ſe
tentiæ *h* beati Jacobi Ap
ſtoli, ideoque eum muta
dum, poſſeque à Chriſtian
abſque peccato contemni
anathema ſit.

CANON IV.

Si quis dixerit, *i* Presbyte
ros Eccleſiæ, quos beatus Ja
cobus adducendos eſſe ad in
firmum inungendum horta
tur, non eſſe ſacerdotes a
Epiſcopo ordinatos, ſed æta
te ſeniores in quavis commu
nitate; ob idque propriu
extremæ Vnctionis mini
ſtrum non eſſe ſolum ſacerdo
tem; anathema ſit.

De

a *Supra c. 8. & 9.* b *Supra cap. 8.* c *Supra c. 1. & cap. 8. in fin. de Pœnit.* d *Supra de hoc Sacramento in princ. & cap. 1.* e *Marc 6. Iac. 5.* f *Supra cap. 2. de hoc Sacramento.* g *Supra cap. ult Concil. Cabilonenſ. cap. 48.* h *Iac. 5.* i *d. c. ult. Iac. 5.*

...retum de Roformatione.

PROOEMIVM.

*...oporum munus eſt, ſub-
...os, præſertim ad anima-
...m curam conſtitutos, ad-
...onere officii ſui.*

...m proprie Epiſcoporum
...munus ſit, *a* ſubditorum
...ium vitia redarguere;
...llis præcipue cavendum
...ne Clerici, præſertim ad
...narum curam conſtituti,
...inoſi ſint, neve inhone-
... vitam, ipſis conniven-
...s, ducant nam ſi eos pra-
... corruptis moribus eſſe
...ittant; quo pacto laïcos
... pſorum vitiis *b* redar-
...t, qui uno ab eis ſermo-
... convinci poſſent, quod
...icos ipſis patiantur eſſe
...riores? qua etiam liber-
... laïcos corripere pote-
... ſacerdotes; *c* cum ta-
... ſibi ipſi reſpondeant, ea-
... ſe admiſiſſe quæ corri-
...nt? Monebunt propterea
...ſcopi ſuos Clericos, *d* in
...cumque ordine fuerint,
...onverſatione, ſermone &
...ntia commiſſo ſibi Dei
...ulo præeant; memores e-
...quod ſcriptum eſt: *e* San-
...eſtote, quia & ego ſanctus
... Et juxta Apoſtoli vo-
...n: *f* Nemini dent ullam
...nſionem, ut non vitupe-
...ur miniſterium eorum;
... in omnibus exhibeant ſe
...t miniſtros Dei; ne illud
...phetæ dictum impleatur
...eis: *g* Sacerdotes Dei con-
...inant ſancta, & repro-
...t legem. Vt autem ipſi Epiſcopi id liberius exequi, ac quoquam prætextu deſuper impediri nequeant; eadem ſacroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis Legato, & Nuntiis, hos, qui ſequuntur, Canones ſtatuendos & decernendos duxit.

CAPVT I.

Si prohibiti aſcendere ad Ordines, aſcendant, ſi interdicti, ſi ſuſpenſi, puniantur.

CVm honeſtius, ac tutius ſit ſubjecto, debitam Præpoſitis obedientiam impendendo, in inferiori miniſterio deſervire, quàm cum Præpoſitorum ſcandalo, graduum altiorum appetere dignitatem; ei, cui aſcenſus ad ſacros Ordines à ſuo Prælato, ex quacumque cauſa, etiam ob occultum crimen quomodolibet, etiam extrajudicialiter, fuerit interdictus: aut qui à ſuis Ordinibus, ſeu gradibus, vel dignitatibus eccleſiaſticis fuerit ſuſpenſus, nulla contra ipſius Prælati voluntatem conceſſa licentia de ſe promoveri faciendo, aut ad priores Ordines, gradus & dignitates, ſive honores, reſtitutio ſuffragetur.

CAPVT II.

Si Epiſcopus quoſcumque Ordines contulerit ſibi non ſubdito, etiam familiari, ſine expreſſo proprii Prælati conſenſu, uterque decretæ pœnæ ſubjaceat.

ET, quoniam nonnulli Epiſcopi Eccleſiarum, quæ in par-

a Sic præfatur fere Conc. 9. ...etanum. Supra Seſſ. 6. de re... cap. 3. b 1 *Cor. 9. c. Quid ...tem. 8. q 1.* c *cap. ult. ... Diſt. c. Vna tantum. 26. ...ſt. c. Sicut ii. §. Neceſſe pal.* 45. *Diſt. c. In ſacerdotibus.* 61. *Diſt. & c. Propoſuiſti.* 82. *Diſt. Levit.* 11. 1 *Petr.* 1. d *Seſſ.* 22. *c.* 1. *de reformat.* e *Levit.* 19. f 2 *Cor.* 6. *in princ.* g *Ezech.* 22. *Sophon.* 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

partibus infidelium conſiſtunt, clero carentes, & populo Chriſtiaño, cum vere vagabundi ſint, & permanentem ſedem non habeant, non quæ Jeſu Chriſti, *a* ſed alienas oves, inſcio proprio Paſtore, quærentes, dum per hanc ſanctam Synodum ſe Pontificalia officia in alterius diœceſi, niſi de loci Ordinarii expreſſa licentia, & in perſonas eidem Ordinario ſubjectas tantum exercere prohibitos vident, in legis fraudem & contemptum, quaſi Epiſcopalem cathedram in loco nullius diœceſis ſua temeritate eligunt; & quoſcumque ad ſe venientes, etiamſi ſuorum Epiſcoporum ſeu Prælatorum litteras commendaticias non habeant, clericali charactere inſignire, & ad ſacros etiam presbyteratus Ordines promovere præſumunt: quo plerumque fit, ut minus idonei, & rudes, ac ignari, & qui à ſuo Epiſcopo tamquam inhabiles & indigni rejecti fuerunt, Ordinati, nec divina officia peragere, nec eccleſiaſtica Sacramenta recte valeant miniſtrare: Nemo Epiſcoporum, qui Titulares vocantur, etiam ſi in loco nullius diœceſis, etiam exempto, aut aliquo monaſterio cujuſvis Ordinis reſederint, aut moram traxerint, vigore cujuſvis privilegii ſibi de promovendo quoſcumque ad ſe venientes pro tempore conceſſi, alterius ſubditum, etiam prætextu familiaritatis continuæ commenſalitatis ſuæ, abſque ſui proprii

Prælati expreſſo conſenſ
literis *b* dimiſſoriis a
quos ſacros aut minore
dines, vel primam T
ram promovere ſeu ord
valeat. Contrafaciens a
ercitio Pontificalium pe
nam: taliter vero prom
ab executione Ordinum
ſuſceptorum, donec ſuo
lato viſum fuerit, ipſo
ſint ſuſpenſi.

CAPUT III.

Epiſcopus ſuos Clericos ab
male promotos non adm
ad officia celebranda,
prævio examine.

EPiſcopus quoſcumq
c ſuos Clericos; præ
tim in ſacris conſtitutos,
que ſuo præcedenti exam
& commendaticiis litter
quacumque auctoritate p
motos, licet tamquam ha
les ab eo à quo ordinati ſu
probatos, quos tamen ad
vina officia celebranda,
eccleſiaſtica Sacramenta n
niſtranda minus idoneos
capaces repererit; à ſuſcep
rum Ordinum exercitio
tempus, de quo ei videbit
ſuſpendere, & illis, ne in
tari, aut aliquo Ordine min
ſtrent interdicere poſſit.

CAPUT IV.

Nullus Clericus eximatur à co
rectione Epiſcopi, etiam e
tra viſitationem.

OMnes *d* eccleſiarum Præ
lati, qui ad corrigendo
ſubditorum exceſſus diligen
ter intendere debent, & à qui
bu

a *Infra cap.* 8. *ſupra Seſſ.* 6. *c.* 5. *de reform.* b *Sup. Seſſ.* 6. *c.* 5. *de ref. de inf. Seſſ.* 23. *cap.* 3. 8. *&* 10. *de ref. Conc. Nic.* 1. *cap.* 15. *Concil. Aurelianenſ.* 3. *cap.* 13. *Conc.* 6. *Maguntienſ.* *c.* 14. *c.* 1. 21. *q.* 2. *c.* 1. *cum ſegq de temp. Ord. in* 6. c *Supr cap. prox. & infra Seſſ.* 23. *d reform. c.* 8. d *Supra c.* 1. *& Seſſ.* 6. *de ref. c.* 3. *c. Irrefraga bilis, in princ. de off. Ordin.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

nullus Clericus per hujus
æ Synodi ſtatuta, cujuſ-
rivilegii prætextu, tutus
tur, quo minus juxta Ca-
cas ſanctiones viſitari,
i & corrigi poſſit; ſi in
eſiis ſuis reſederint, quoſ-
que ſæculares Clericos,
itercumque exemptos,
alias ſuæ jurisdictioni
ſent, de eorum exceſſi-
criminibus & delictis,
es, & quando opus fue-
etiam extra viſitatio-
, tamquam ad hoc A-
olicæ Sedis delegati, cor-
di & caſtigandi *a* fa-
tem habeant; quibuſ-
que exemptionibus, de-
tionibus, conſuetudini-
ſententiis, juramentis,
ordiis, quæ tantum ſuos
gent auctores, ipſis Cle-
, ac eorum conſangui-
capellanis, familiari-
procuratoribus, & aliis
uslibet, ipſorum exem-
um contemplatione &
tu minime ſuffraganti-

CAPUT V.

ervatorum juriſdictio certis finibus concluditur.

uper, cum nonnulli,
i ſub prætextu, quod ſu-
onis, & rebus ac juri-
uis diverſæ eis injuriæ ac
iſtiæ inferantur, *b* certos
es per litteras Conſerva-
s deputari obtinent, qui
à moleſtiis & injuriis
ſmodi tueantur ac de-
nt, & in poſſeſſione,
quaſi, bonorum rerum
rium ſuorum manute-
t, & conſervent, nec ſuper
eos moleſtari permittant;
ejuſmodi litteras in pleriſ-
que contra concedentis men-
tem in reprobum ſenſum de-
torqueant: idcirco nemini
omnino, cujuſcumque digni-
tatis & conditionis ſit, etiam
ſi Capitulum fuerit, *c* Conſer-
vatoriæ litteræ, cum quibuſ-
cumque clauſulis aut decre-
tis, quorumcumque judicum
deputatione, quocumque et-
iam alio prætextu aut colo-
re conceſſæ, ſuffragentur ad
hoc, ut coram ſuo Epiſcopo,
ſive alio ſuperiore Ordina-
rio, in criminalibus & mix-
tis cauſis accuſari, & conve-
niri, ac contra eum inquiri
& procedi non poſſit: aut
quo minus, ſi qua jura ei ex
ceſſione competierint, ſuper
illis libere valeat apud judi-
cem ordinarium conveniri.
In civilibus etiam cauſis, ſi
ipſe actor exſtiterit, aliquem
ei apud ſuos Conſervatores
judices in judicium trahere
minime liceat. Quod ſi in iis
cauſis, in quibus ipſe reus fue-
rit, contigerit, ut electus ab
eo Conſervator ab actore ſu-
ſpectus eſſe dicatur; aut ſi quæ
inter ipſos judices, Conſerva-
torem & Ordinarium, con-
troverſia ſuper competentia
jurisdictionis orta fuerit, ne-
quaquam in cauſa proceda-
tur, donec per arbitros in
forma juris electos, ſuper ſu-
ſpicione aut jurisdictionis
competentia fuerit judica-
tum. Familiaribus vero ejus,
qui hujuſmodi litteris con-
ſervatoriis tueri ſe ſolent, ni-
hil illæ proſint, præterquam
duobus dumtaxat; ſi tamen il-
li propriis ejus ſumptibus vi-
xerint. Nemo etiam ſimilium
litterarum beneficio ultra
quin-

a *Supra Seſſ. 6. c. 4. de refor.*
b *Infra Seſſ. 22. de refor. c. 5.*
c *.1. & c. ult. de off. deleg.*
ulus V. Conſt. Religio-
forum. 1607. *Religioſis coram Superioribus vel Conſervatoribus conveniendos eſſe declarat.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

quinquennium gaudere poſſit. Non liceat quoque Conſervatoribus judicibus ullum habere tribunal erectum. In cauſis vero mercedum, aut miſerabilium perſonarum, hujus ſanctæ Synodi ſuper *a* hoc decretum in ſuo robore permaneat. Vniverſitates autem generales, ac Collegia Doctorum, ſeu ſcholarium, & regularia loca, nec non hoſpitalia, actu hoſpitalitatem ſervantia, ac Vniverſitatum, Collegiorum, locorum & hoſpitalium hujuſmodi perſonæ in præſenti Canone minime comprehenſæ, ſed exemptæ omnino ſint, & eſſe intelligantur.

CAPVT VI.

Pœna decernitur in Clericos, qui in Sacris conſtituti, aut beneficia poſſidentes, decenti ſui ordinis veſte non utuntur.

QVia vero, *b* etſi habitus non facit monachum, oportet tamen Clericos *c* veſtes proprio congruentes ordini ſemper deferre; ut per decentiam habitus extrinſeci, morum honeſtatem intrinſecam oſtendant. tanta autem hodie aliquorum inolevit temeritas, religioniſque contemptus, ut propriam dignitatem & honorem clericalem parvi pendentes, *d* veſtes etiam deferant publice laïcales, pedes in diverſis ponentes, unum in divinis, alterum in carnalibus, propter-
ea omnes Eccleſiaſticæ
ſonæ, quantumcumqu
emptæ, quæ aut in ſacri
rint, aut dignitates, per
tus, officia, aut beneficia
liacunque eccleſiaſtica
nuerint, ſi, poſtquam ab
ſcopo ſuo, etiam per edi
publicum, moniti fuerint
neſtum habitum clerica
illorum ordini & dign
congruentem, & juxta i
Epiſcopi ordinationem
mandatum non detule
per ſuſpenſionem ab or
bus, ac officio, & bene
ac fructibus, redditibus
proventibus ipſorum be
ciorum, necnon, ſi ſemel
repti, denuo in hoc del
rint, etiam per privatio
officiorum & beneficio
hujuſmodi coërceri poſ
& debeant; Conſtitutio
Clementis Quinti, in Co
lio Viennenſi editam, e
incipit, Quoniam, inno
do, & ampliando.

CAPVT VII.

Voluntarii homicidæ nunq
caſuales quomodo ordi-
nandi.

CVm etiam qui *f* per
duſtriam occiderit pr
mum ſuum, & per inſidia
altari avelli debeat; qui
voluntate *g* homicidium
petraverit, *h* etiam ſi cri
id nec ordine judiciario
batum, nec alia ratione
blicum, ſed occultum fu
nullo tempore ad ſacros
dines promoveri poſſit;

a *Supra Seſſ.7.c.14.de reform.* b *c. Porrectum & c. ex parte de regul.* c *Con 8. Matiſconenſ. cap.5. c.ult. 41. Diſt. Vide Conſtit. Sixti* V. Cum Sacroſanctam, & Paſtoralis. 1589. d *21. q 4. per totam. Concil. Conſt. ult. Seſſ. 43. de vit. & hon. cler.* e *Vide infra* XXI.

f *Exod. 21. cap. 1. de hom*
g *Extendit illud ad abor*
procurantes. Bulla Sixti V.
frenatam. 1588. *quam ad*
tum animatum reſtrinxit
gorius XIV. *per Bullam,*
des Apoſtolica. 1591.
Inquiſitionis. de accuſat.
c. Cum non ab homine. de

aliqua eccleſiaſtica bene-
a ; etiam ſi curam non ha-
nt animarum , conferri li-
: ſed omni Ordine, ac be-
cio & officio eccleſiaſtico
petuo careat ; ſi vero ho-
cidium non ex propoſito,
a caſu , vel vim vi repel-
lo , ut quis ſe à morte de-
leret , fuiſſe commiſſum
retur ; quam ob cauſam
m ad ſacrorum Ordinum,
ltaris miniſterium , & be-
cia quæcumque, ac digni-
s , jure quodammodo diſ-
ſatio debeatur ; commit-
ur loci Ordinario , aut ex
ſa Metropolitano , ſeu vi-
ori Epiſcopo ; qui non ni-
auſa cognita , & probatis
ibus, ac narratis, nec ali-
dispenſare poſſit.

CAPUT VIII.

lli alienos Clericos ex privilegio punire liceat.

Ræterea , *b* quia nonnulli
quorum etiam aliqui veri
Paſtores , ac proprias o-
habent, alienis etiam ovi-
præeſſe quærunt , & ita a-
lis ſubditis quandoque in-
dunt,ut ſuorum curam ne-
gant ; quicumque , etiam
ſcopali præditus dignita-
qui alienos ſubditos pu-
ndi privilegium habuerit,
tra Clericos *c* ſibi non ſub-
os, præſertim in ſacris con-
tos , quorumcumque et-
atrocium criminum reos
cum proprii ipſorum Cle-
orum Epiſcopi ; ſi apud
eſiam reſederit,aut perſo-
ab ipſo Epiſcopo deputan-
dæ interventu nequaquam
procedere debeat : alias pro-
ceſſus, & inde ſecuta quæcum-
que viribus omnino carent.

CAPUT IX.

Beneficia unius diœceſis nullo prætextu uniantur beneficiis alterius.

ET, quia jure optimo *d* di-
ſtinctæ fuerunt diœceſes,
& parochiæ , ac unicuique
gregi proprii attributi Paſto-
res, & inferiorum eccleſiarum
Rectores, qui ſuarum quiſque
ovium curam habeant, ut or-
do eccleſiaſticus non confun-
datur , aut una & eadem ec-
cleſia duarum quodammodo
diœceſum fiat , non ſine gra-
vi eorum incommodo qui
illi ſubditi fuerint : benefi-
cium unius diœceſis , etiam
ſi parochiales eccleſiæ , vica-
riæ perpetuæ , aut ſimplicia
beneficia , ſeu præſtimonia ,
aut præſtimoniales portiones
fuerint, etiam ratione augen-
di cultum divinum aut nu-
merum beneficiatorum , aut
alia quacumque de cauſa ,
alterius diœceſis beneficio ,
aut monaſterio , ſeu collegio,
vel loco etiam pio perpetuo
e non uniantur : decretum hu-
jus ſanctæ Synodi ſuper hu-
juſmoni unionibus in hoc de-
clarando.

CAPUT X.

Regularia beneficia Regularibus conferantur.

REgularia *f* beneficia , in
titulum Regularibus pro-
feſſis

a c. *Student.* 50. *Diſt* & c. *Si-
ficaſti. de homicid.* b *Supra*
2. & *Seſſ.* 6. *cap. ult. de*
rm. c *Conc. Maguntienſ.*
Arnulpho Imperatore cap.
& 15. d *à Dionyſio Papa*
Can Eccleſias , 13. *q.* 1. *c.*
ſoralis , de his quæ fiunt , à
Præl. Con. 1. *Conſtantin. c.* 2.
infra Seſſ. 24. *de ref. c.* 23. *in*
fine & *c.* 17. e *Supra Seſ.* 7.
cap. 6. & 7. & *infra Seſſ.* 24.
de ref. c. 43. & 15. f *c. Cum*
de beneficio de præb. in 6. &
infra Seſſ ult. c. 21. *circa med.*
de regul. & *mon.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

feſſis provideri conſueta, cum per obitum, aut reſignationem, vel alias illa in titulum obtinentis vacare contigerit, religioſis tantum illius ordinis, vel iis qui habitum omnino ſuſcipere & profeſſionem emittere teneantur, & non aliis, ne *a* veſtem lino lanaque contextam induant, conferantur.

CAPVT XI.

Tranſlati ad alium ordinem in clauſtro ſub obedientia maneant, & beneficiorum ſecularium incapaces exſiſtant.

QVia vero Regulares, *b* de uno ad alium ordinem tranſlati, facile à ſuo Superiore licentiam ſtandi extra monaſterium obtinere ſolent, ex quo vagandi & apoſtatandi occaſio tribuitur: *c* nemo, cujuſcumque ordinis Prælatus, vel Superior, vigore cujuſvis facultatis, aliquem ad habitum & profeſſionem admittere poſſit, niſi ut in ordine ipſo, ad quem transfertur, ſub ſui Superioris obedientia in clauſtro perpetuo maneat, ac taliter tranſlatus, etiamſi Canonicorum Regularium fuerit, ad beneficia ſæcularia, etiam curata, omnino incapax exſiſtat.

CAPVT XII.

Nemo niſi ex fundatione, vel dotatione, jus patronatus obtineat.

NEmo etiam cujuſvis *d* dignitatis eccleſiaſticæ, vel ſæcularis, quacumque rati[one], niſi eccleſiam, beneficiu[m] aut capellam de novo fund[a]verit, & conſtruxerit, ſeu ja[m] erectam, quæ tamen ſine ſuffi[-]cienti dote fuerit, de ſuis pr[o]priis & patrimonialibus b[o]nis competenter dotaverit, *e* jus patronatus impetrare aut obtinere poſſit, aut d[e]beat. In caſu autem fundatio[nis], aut dotationis, hujuſmod[i] inſtitutio Epiſcopo, & no[n] alteri inferiori reſervetur.

CAPVT XIII.

Præſentatio fiat Ordinario, alia[s] inſtitutio ſit nulla.

NOn liceat præterea *f* pa[]trono cujuſvis privilegi[i] prætextu aliquem ad benefi[]cia ſui juris patronatus, ni[ſi] Epiſcopo loci ordinario, a[d] quem proviſio ſeu inſtituti[o] ipſius beneficii, ceſſante privilegio, jure pertineret, quoquo modo præſentare; alia[s] præſentatio, ac inſtitutio, for[ſ]ſan ſecuta, nullæ ſint, & eſſe intelligantur.

CAPVT XIV.

Tractandum deinceps de Miſſa, Ordine, & Reformatione.

DEclarat præterea ſancta Synodus in futura Seſſione, quam ad XXV. diem Jan. ſubſequentis anni M D L I I. habendam eſſe jam decrevit, una cum ſacrificio Miſſæ agendum, & tractandum etiam eſſe de Sacramento Ordinis, & proſequendam eſſe materiam reformationis.

SES.

a *Deut.* 21. *c. Cum cauſam de elect. & c. quidam. de apoſt. c. In nova,* 16. *q.* 7. b *Additio ad c.* 17. *Concilii Agathenſis.* c *Indulta & privilegia huic cap. adverſantia antiquat Pius* V. *Conſt.* Quæcumque, 1569. d *Seſſ.* 25. *cap.* 9. *de reform.* e *c. Piæ mentis. cum ſeq.* 16. *q.* 7. *& c. Nobis, de jur. patr. & infra Seſſ. ult. c.* 9. *de reform. in princ.* f *Inf. Seſſ.* 25. *de ref. c.* 9. *c. Illud. & c. Relatum de jure patr. Conc. Maguntienſ. temp. Arnulphi, c.* 4. *Conc. Salegunſtadienſe, c.* 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

SESSIO XV,
Quæ eſt Quinta
[S]VB JVLIO III, PONT. MAX.
CELEBRATA
DIE XXV. JANVAR. MDLII.

Decretum prorogationis Seſſionis.

[C]Vm ex eo, quod proxi-
mis Seſſionibus decre-
tum fuit, ſancta hæc &
[un]iverſalis Synodus per hos
[die]s accuratiſſime diligentiſ-
[ſim]eque tractaverit ea quæ ad
[ſan]ctiſſimum Miſſæ ſacrifi-
[ciu]m, & ad Sacramentum
[Or]dinis ſpectant, ut hodierna
[Seſ]ſione, quemadmodum Spi-
[rit]us ſanctus ſuggeſſiſſet, de-
[cr]eta de his rebus, & quatuor
[pr]æterea articulos ad ſanctiſ-
[ſi]mum Euchariſtiæ Sacra-
[m]entum pertinentes, in hanc
[ea]ndem Seſſionem dilatos pu-
[bli]caret; atque interim affu-
[tu]ros eſſe putaverit ad hoc ſa-
[cr]oſanctum Concilium eos,
[q]ui Proteſtantes ſe vocant;
[qu]orum cauſa eorum publi-
[ca]tionem articulorum diſtu-
[le]rat; & ut libere, ac ſine cun-
[ct]atione ulla huc venirent;
[fid]em eis publicam, ſive *a* ſal-
[vu]m conductum conceſſerat:
[ta]men, cum illi nondum ve-
[ne]rint; & eorum nomine ſup-
[pl]icatum huic ſanctæ Syno-
[d]o fuerit, ut publicatio, quæ
[h]odierna die facienda fuerat,
[in] ſequentem Seſſionem diffe-
[ra]tur, certa ſpe allata, affutu-
[ro]s eos eſſe omnino multo
[an]te illam Seſſionem, ſalvo
[co]nductu amplioris formæ
[in]terim accepto; eadem ſan-
[ct]a Synodus, in Spiritu ſancto
[le]gitime congregata, iiſdem
Legato & Nuntiis præſidentibus, nihil magis optans, quam ex præſtantiſſima natione Germanica omnes de religione diſſenſiones & ſchiſmata tollere, ac ejus quieti, paci otioque conſulere; parata, ipſos, ſi venerint, & humaniter excipere, & benigne audire; confidenſque, eos non fidei Catholicæ pertinaciter oppugnandæ, ſed veritatis cognoſcendæ ſtudio eſſe venturos, & ut Euangelicæ veritatis ſtudioſos decet, ſanctæ matris Eccleſiæ decretis ac diſciplinæ ad extremum eſſe acquieturos; ſequentem Seſſionem ad edenda & publicanda ea quæ ſupra commemorata ſunt, in diem feſtum ſancti Joſephi, qui erit die xix menſis Martii, diſtulit; ut ſatis illi temporis & ſpatii habeant, non ſolum ad veniendum, verum etiam ad ea quæ voluerint, antequam is dies veniat, proponenda. Quibus ut omnem cunctandi diutius cauſam adimat, fidem publicam, ſive ſalvum conductum, ejus, qui recitabitur, tenoris & ſententiæ, libenter dat, & concedit. Interea vero de Matrimonii Sacramento agendum, & de eo, præter ſuperiorum decretorum publicationem, definiendum eſſe, eadem Seſſione ſtatuit, & decernit, & proſequendam eſſe materiam reformationis.

a *Supra Seſſ.* 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

SALVVS CONDVCTVS DATV
PROTESTANTIBVS.

SAcroſancta œcumenica & generalis Tridentina Synod
in Spiritu ſancto legitime congregata, præſidentibus in
eiſdem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Legato & Nuntiis, inh
rendo ſalvo conductui, in penultima Seſſione dato, & ill
juxta tenorem infra ſcriptum ampliando, Vniverſis fidem
cit, quod omnibus & ſingulis Sacerdotibus, Electoribus, Pri
cipibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronib
Nobilibus, militaribus, popularibus, & aliis quibuſcumq
viris, cujuſcumque ſtatus, & conditionis, aut qualitatis e
ſiſtant, Germanicæ provinciæ, & nationis, civitatibus, & al
locis ejuſdem, & omnibus aliis eccleſiaſticis, & ſæcularib
præſertim Auguſtanæ confeſſionis perſonis, qui, aut qu
una cum ipſis ad hoc generale Tridentinum Concilium v
nient, aut mittentur, ac profecturi ſunt, aut hucuſque v
nerunt, quocumque nomine cenſeantur, aut valeant nunc
pari, tenore præſentium publicam fidem, & pleniſſimam v
riſſimamque ſecuritatem, quam ſalvum conductum appe
lant, libere ad hanc civitatem Tridentinam veniendi, ibiden
que manendi, ſtandi, morandi, proponendi, loquendi, u
cum ipſa Synodo de quibuſcumque negotiis tractandi, ex
minandi, diſcutiendi, & omnia, quæcumque ipſis libueri
ac articulos quoſlibet tam ſcripto quam verbo libere offere
di, propalandi, eoſque Scripturis ſacris, & beatorum P
trum verbis, ſententiis, & rationibus declarandi, adſtrue
di, & perſuadendi, &, ſi opus fuerit, etiam ad objecta Co
cilii generalis reſpondendi, & cum iis, qui à Concilio deleć
fuerint, diſputandi Chriſtiane, aut charitative, abſque om
impedimento conferendi, opprobriis, convitiis, ac cont
meliis penitus ſemotis: & ſignanter, quod cauſæ controve
ſæ, *a* ſecundum ſacram Scripturam, & Apoſtolorum trad
tiones, probata Concilia, Catholicæ Eccleſiæ conſenſum,
ſanctorum Patrum auctoritates in prædicto Concilio Triden
tino tractentur, illo etiam addito, ut religionis prætextu au
delictorum circa eam commiſſorum aut committendoru
minime puniantur, impartitur, ac omnino concedit: ſ
etiam, ut propter illorum præſentiam, neque in itinere, au
quocumque locorum eundo, manendo, aut redeundo, ne
in ipſa civitate Tridentina à divinis officiis quovis modo ce
ſetur. Et ut, his peractis, vel non peractis, quandocumqu
ipſis libuerit, aut majorum ſuorum mandato & aſſenſu a
propria reverti optabunt, aut aliquis eorum optabit; mo
abſque ulla renitentia, & occaſione, aut mora, ſalvis rebu
eorum, & ſuorum pariter honore, & perſonis vice verſa, poſ
ſint juxta beneplacitum libere & ſecure redire, de ſcientia ta
men ab eadem Synodo deputandorum; ut tunc opportune eo-
rum ſecuritati, abſque dolo & fraude provideatur. Vult etiam
ſancta Synodus in hac publica fide, ſalvoque conductu, om-
nes quaſcumque clauſulas includi, ac contineri, ac pro in-
cluſis

a Supra Seſſ. 5. in princ.

haberi, quæ pro plena, efficaci, & ſufficienti ſecuritate,
ndo, ſtando, & redeundo, neceſſariæ & opportunæ fue-
Illud etiam, ad majorem ſecuritatem, & pacis ac con-
ionis bonum, exprimens, quod, ſi quiſpiam, aut il-
n aliqui, ſive in itinere, Tridentum veniendo, ſive ibi-
morando, aut redeundo, aliquod enorme, quod abſit,
nt, aut commiſerint, quo poſſet hujus fidei publicæ,
ecurationis beneficium, eis conceſſum, annullari, aut
ri: vult, & concedit, ut in hujuſmodi facinore depre-
, ab ipſis dumtaxat, & non ab aliis, condigna animad-
one, cum emenda ſufficienti, per partem ipſius Synodi
o approbanda, & laudanda, mox puniantur; illorum
rationis forma, conditionibus & modis omnino ma-
bus illibatis. Pariformiter etiam vult, ut, ſi quiſquam,
iqui ex ipſa Synodo, ſive in itinere, aut manendo, aut
ndo aliquid enorme, quod abſit, egerint, aut commi-
, quo poſſet hujus fidei publicæ & aſſecurationis bene-
n violari, aut quoquo modo tolli, in hujuſmodi faci-
deprehenſi, ab ipſa Synodo dumtaxat, & non ab aliis,
igna animadverſione, & emenda ſufficienti, per par-
Dominorum Germanorum Auguſtanæ confeſſionis, tunc
ræſentium, merito laudanda, & approbanda, mox pu-
ur; præſenti aſſecurationis forma, conditionibus &
is omnino manentibus illibatis. Vult præterea ipſa Sy-
s, quod liceat ipſis Ambaſciatoribus, omnibus, & ſin-
, toties quotieſcumque opportunum fuerit, ſeu neceſ-
m, ad auram capiendam exire de civitate Tridentina,
verti ad eandem, necnon nuntium, vel nuntios ſuos ad
umque loca pro ſuis neceſſariis negotiis ordinandis li-
mittere, ſeu deſtinare, ac ipſos miſſos, ſeu deſtinatos,
niſſum, & deſtinatum ſuſcipere toties, quoties eis vi-
ur expedire; ita quod aliqui, vel aliquis, per depu-
os Concilii ſocientur, qui eorum ſecuritati provideant,
rovideat. Qui quidem ſalvus conductus, & ſecuritas
ac durare debeat, à tempore, & per tempus, quo in
s Synodi, & ſuorum tuitionis curam ipſos ſuſcipi con-
it, & uſque ad Tridentum perduci, ac toto tempore
ſionis eorum ibidem, & rurſum, poſt ſufficientem au-
tiam habitam ſpatio viginti dierum præmiſſo cum ipſi
erint; aut Concilium, habita hujuſmodi audientia, ipſis
ſum indixerit, à Tridento uſque in quem quiſque ele-
ſibi locum tutum, Deo favente, reſtituet, dolo & frau-
rorſus excluſis. Quæ quidem omnia pro univerſis &
lis Chriſti fidelibus, pro omnibus Principibus, tam
eſiaſticis quam ſæcularibus quibuſcumque, atque om-
s aliis Eccleſiaſticis & ſæcularibus perſonis, cujuſcum-
ſtatus & conditionis exiſtant, aut quocumque nomine
eantur, inviolabiliter obſervanda eſſe promittit, & bona
ſpondet.
ſuper omni fraude & dolo excluſis, vera & bona fide
mittit, ipſam Synodum nullam vel manifeſte, vel occulte
ſionem quæſituram; aut aliqua auctoritate, potentia,
, vel ſtatuto, privilegio legum, vel canonum, aut quo-

rumcumque Conciliorum, præſertim a Conſtantienſ
Senenſis, quacumque forma verborum expreſſa, in al
hujus fidei publicæ, & pleniſſimæ aſſecurationis, ac pu
& liberæ audientiæ, ipſis per ipſam Synodum conceſſæ
judicium quovis modo uſuram, aut quemquam uti pe
ſuram: quibus in hac parte pro hac vice derogat. Q
ſancta Synodus, aut aliquis ex ea, vel ſuis, cujuſcu
conditionis, vel ſtatus, aut præeminentiæ exſiſtens pra
ptæ aſſecurationis & ſalvi conductus formam & modu
quocumque puncto vel clauſula violaverit: quod tamen
tere dignetur Omnipotens; & ſufficiens emenda non
mox ſubſecuta, & ipſorum arbitrio merito approband
laudanda; habeant ipſam Synodum, & habere poterunt
cidiſſe in omnes pœnas, quas jure divino & humano, aut
ſuetudine, hujuſmodi ſalvorum conductuum violator
currere poſſunt, abſque omni excuſatione, aut quavis i
parte contradictione.

SESSIO XVI,

Quæ eſt ſexta, & ultima,

SUB IULIO III, PONT. MAX

CELEBRATA

DIE XXVIII. APRIL. M D LI

Decretum Suſpenſionis Concilii.

SAcroſancta œcumenica & Generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitime congregata, præſidentibus in ea Reverendiſſimis Dominis, Sebaſtiano, Archiepiſcopo Sipontino, & Aloyſio, Epiſcopo Veronenſi, Apoſtolicis Nuntiis, tam eorum proprio, quam Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Domini Marcelli, tit. S. Marcelli ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, Creſcentii, Legati, ob adverſam ejus graviſſimam valetudinem abſentis, nomine, non dubitat Chriſtianis omnibus patere, hoc Concilium œcumenicum Tridentum primo à Paulo fel. rec. convocatum & collectum fuiſſe: deinde à ſanctiſſimo Domino noſtro Julio III, e
gitante Carolo V, Au
ſtiſſimo Imperatore, ea p
cipue de cauſa fuiſſe reſ
tum, ut religionem in m
orbis partibus, & præſen
in Germania, in diverſas
niones miſerabiliter di
ctam, in ſtatum priſtinum
vocaret; abuſus & m
Chriſtianorum corrupt. ſſi
emendaret; cumque ad
agendum quamplurimi
tres, nulla laborum ſuor
periculorumque habita
tione, è diverſis regioni
alacriter confluxiſſent; reſ
ſtrenue, magno fidelium c
curſu, feliciterque proce
ret, ac ſpes eſſet non levis
los Germanos, qui eas nov
tes excitarant, in Concili
venturos, & ſic animatos
veris Eccleſiæ rationibus u

nimi

a *Conc. Conſtantien. Seſſ.* 19. *in cap.* Quod nonobſtantibus ſalvis conductibus.

iter acquieſcerent; lux de-
e quædam rebus affulſiſ-
leretur; caputque attol-
iuciperet profligata an-
z afflicta Reſpublica Chri-
it: ii repente tumultus,
lla hoſtis generis huma-
rſutia exarſerunt, ut Con-
n velut hærere, ac ſuum
m interrumpere ſatis in-
mode cogeretur, ſpeſque
is ulterioris progreſſus
n tempore tolleretur:
mque aberat ut ſancta
dus Chriſtianorum ma-
incommodis mederetur,
ltorum mentes, præter
nimi ſententiam, irri-
potius quam placaret.
igitur ipſa ſancta Syno-
omnia, & præcipue Ger-
am, armis ardere, & diſ-
is, videret, omnes fere
opos Germanos, præſer-
rincipes Electores, ſuis
ltum Eccleſiis, è Conci-
iiſſe; decrevit tantæ
ſitati non reluctari, & ad
ora tempora rejicere; ut
s, quod eis nunc agere
cet, ſuis ovibus proſpe-
ad ſuas Eccleſias regredi
ent; ne diutius utrobi-
nutili otio conterantur.
e ita, quoniam ſic tem-
n conditio tulit, hujus
menici Concilii Triden-
tini progreſſum per biennium ſuſpendendum fore decernit, prout præſenti decreto ſuſpendit; ea tamen lege, ut, ſi citius pacata res ſit, ac tranquillitas priſtina revertatur, quod ſperat Dei Optimi Maximi beneficio non longo fore ſpatio futurum, ipſius Concilii progreſſus eodemmet tempore ſuam vim, firmitatem vigoremque habere cenſeatur, ſin autem, quod Deus avertat, peracto biennio prædicta legitima impedimenta non fuerint ſubmota; cum primum ceſſaverint, talis ſuſpenſio eo ipſo ſublata eſſe intelligatur, ac ſuus vigor, & robur Concilio ſit reſtitutum, & eſſe intelligatur, ſine alia nova Concilii convocatione, accedente ad hoc decretum conſenſu & auctoritate Sanctitatis ſuæ, & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ.

Interea tamen eadem ſancta Synodus exhortatur omnes Principes Chriſtianos, & omnes Prælatos, ut obſervent, & reſpective, quatenus ad eos ſpectat, obſervare faciant in ſuis regnis, dominiis, & eccleſiis omnia, & ſingula, quæ per hoc ſacrum œcumenicum Concilium fuerunt hactenus ſtatuta, & decreta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25



PIVS IV. PONT. MAX.

NOMINE HUIUS PONTIFICIS CONCILIO PRÆSEDERUN
Hercules Gonzaga Presb. Card. tt. S. Mariæ novæ Hieronymus Seripandus Presb. Card. t
S. Susannæ Ioannes Moronus Card. Episc. Prænestinus Stanislaus Hosius Presb. Card. tt. S. La
rentii in Palisperna Ludovicus Simoneta Presb. Card. tt. S. Cyriaci in Thermis Marcus
Siticus Diac. Card. Basilicæ SS. XII Apost. Bernardus Navagerius Presb. Card. tt.
S. Nicolai inter Imagines. OMNES DE LATERE LEGATI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

[B]VLLA CELEBRATIONIS [CO]NCILII TRIDENTINI, [S]VB PIO IV, PONT. MAX.

...s Epiſcopus, *ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei me-*
...oriam.
...Ad Eccleſiæ regimen, licet tanto oneri impares, ſola
...gnatione vocati, ſtatim circumferentes mentis oculos
...nes Reipublicæ Chriſtianæ partes, cernenteſque non ſi-
...ogno horrore, quam longe lateque peſtis hæreſum &
...atis pervaſiſſet, & quanta Chriſtiani populi mores cor-
...e indigerent: in eam curam & cogitationem, pro ſuſ-
...nuneris officio, incumbere cœpimus, quemadmodum
...æreſes exſtirpare, tantumque & tam pernicioſum ſchi-
...llere, moreſque adeo corruptos & depravatos emendare
...us. Cum autem intelligeremus, ad hæc ſananda mala
...num eſſe remedium, quod ſancta hæc Sedes adhibere
...viſſet, œcumenici generaliſque Concilii, ejus congre-
... & Deo juvante, celebrandi Conſilium cepimus. Indi-
...llud quidem antea fuit à fel. rec. Paulo III, & ejus ſuc-
... Julio, prædeceſſoribus noſtris; ſed variis de cauſis ſæ-
...peditum, & interpellatum, perfici non potuit, ſiqui-
...aulus *a* cum id primo in urbem Mantuam, deinde
...tiam indixiſſet; quaſdam ob cauſas, in litteris ejus
...as, id primo ſuſpendit, poſtea Tridentum tranſtulit:
... cum quibuſdam de cauſis ibi quoque ejus celebrandi
... dilatum fuiſſet, tandem ſuſpenſione ſublata, in eadem
...e Tridentina inchoatum fuit. verum Seſſionibus ali-
...abitis, & nonnullis decretis factis, ipſum ſe poſtea Con-
... aliquibus de cauſis, accedente etiam Sedis Apoſtolicæ
...tate, *b* Bononiam tranſtulit. Julius autem, qui ei ſuc-
...in eamdem civitatem Tridentinam id revocavit. quo
... tempore facta alia quædam decreta ſunt; *c* ſed cum
... propinquis Germaniæ locis tumultus excitati fuiſſent;
...m in Italia & Gallia graviſſimum exarſiſſet; rurſus
...ium ſuſpenſum & dilatum fuit, adnitente nimirum
... generis hoſte, aliaſque ex aliis difficultates & impe-
...a objiciente, ut tantum Eccleſiæ commodum, quod
... auferre non poterat, ſaltem quam diutiſſime retarda-
...antopere vero interea auctæ fuerint, & multiplicatæ,
...agatæ hæreſes, quantopere ſchiſma creverit, ſine ma-
...nimi dolore nec meminiſſe poſſumus, nec referre. Sed
... pius & miſericors Dominus, *d* qui numquam ita ira-
... ut miſericordiæ obliviſcatur, Regibus & Principibus
...anis pacem & unanimitatem donare dignatus eſt. Qua
...caſione oblata, maximam in ſpem venimus, ipſius
...ordia freti, fore, ut his tantis quoque Eccleſiæ malis
...Concilii via finis imponatur. Nos itaque ad ſchiſma,
hære-

...*ra in prima Bulla.* b *Supra Seſſ. 2.* c *Seſſ. 11.*
... d *Habac. 3.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

hæreſeſque tollendas, ad corrigendos & reformandos m
ad pacem inter Chriſtianos Principes conſervandam, ce
tionem ejus non eſſe duximus diutius differendam. I
igitur cum venerabilibus fratribus noſtris, Sanctæ Ro
Eccleſiæ Cardinalibus, deliberatione matura, factis
conſilii noſtri certioribus Chariſſimis in Chriſto filiis n
Ferdinando Romanorum Imperatore electo, & aliis Re
atque Principibus, quos quidem, ſicut de eorum ſumma
te & ſapientia nobis pollicebamur, paratiſſimos ad ipſius
cilii celebrationem adjuvandam invenimus, ad Dei om
tentis laudem, honorem, & gloriam, atque univerſal
cleſiæ utilitatem, de eorumdem fratrum noſtrorum
lio & aſſenſu ſacrum œcumenicum & generale Concil
ex auctoritate ejuſdem Dei, & beatorum Petri & Pauli
ſtolorum, qua nos quoque *a* in terris fungimur, fr
ſubnixi, in civitate Tridentina, ad ſacratiſſimum die
ſurrectionis Dominicæ proxime futurum indicimus,
celebrandum, ſublata ſuſpenſione quacumque, ſtatui
atque decernimus. Quocirca venerabiles fratres no
omnibus ex locis, Patriarchas, Archiepiſcopos, Epiſc
& dilectos filios Abbates, ceteroſque, quibus in Co
generali ſedere, & ſententiam dicere, jure communi,
privilegio, vel ex antiqua conſuetudine, licet, vehem
in Domino hortamur, & monemus, atque etiam di
præcipiendo mandamus, in virtute ſanctæ obedientiæ,
quoque juramenti quod præſtiterunt, & ſub pœnis, q
eos qui ad concilia generalia convenire neglexerint, *b*
ſciunt eſſe Canonibus conſtitutas, ut ad Concilium ibi
brandum conveniant intra eam diem; niſi forte impedi
fuerint legitimo præpediti: quod tamen impedimentu
legitimos procuratores Synodo probare debebunt. M
mus præterea omnes, & ſingulos, quorum intereſt, in
ſeve poterit, ut in Concilio adeſſe ne negligant. Chari
verò in Chriſto filios noſtros, Romanorum Imperatore
ctum, ceteroſque Reges, & Principes, quos optandum ſa
ſet Concilio intereſſe poſſe, hortamur, & rogamus, ut,
Concilio intereſſe non potuerint, at Oratores ſuos, prud
graves, & pios viros, utique mittant, qui ipſorum nomi
interſint, curentque diligenter pro ſua pietate, ut ex e
regnis atque dominiis Prælati ſine recuſatione ac mora,
neceſſario tempore, Deo & Eccleſiæ officium ſuum præ
eoſdem etiam curaturos eſſe minime dubitantes, ut per
rum regna & dominia tutum ac liberum iter Prælatis, eo
que familiaribus, comitibus, & aliis omnibus ad Conc
euntibus, & ab illo redeuntibus pateat, benigneque ac co
omnibus in locis recipiantur, atque tractentur; ſicut qu
nos attinet, ipſi quoque curabimus; qui nihil omnino
termittere decrevimus, quod ad tam pium & ſalutare
perficiendum, à nobis in hoc loco conſtitutis, præſtari p

a *Matth.* 16. *c. Quanto. de tranſl. Epiſc. c. un. ut eccl. benef. c. Ad apoſtolic. §. Pen. de reb. jud. in* 6. *c.* 1. *de hom. eod. Pelagius* 2. *in* 1. *Epiſt. princ.* b *Concil. Carth. c.* 43. *infra Seſſ.* 14. *c. fine de reform.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

ut Deus ſcit, quærentes aliud, nihil propoſitum ha-
n hoc Concilio celebrando, niſi honorem ipſius Dei,
arum ovium reductionem, ac ſalutem, & perpe-
hriſtianæ Reipublicæ tranquillitatem ac quietem. Vt
e litteræ, & quæ in eis continentur, ad omnium, quo-
ortet, notitiam perveniant, nec quiſquam ea excuſa-
ri poſſit, quod illa ignoraverit, præſertim cum non ad
, quos de his litteris certiores fieri oporteret, tutus for-
teat aditus; volumus, & mandamus, ut in Baſilica Va-
principis Apoſtolorum, & in Eccleſia Lateranenſi tunc,
eis populus, ut Miſſarum ſolemnibus interſit, congre-
let, palam clara voce à Curiæ noſtræ curſoribus, ſeu
s aliquibus publicis recitentur; & poſtquam recitatæ
, ad valvas earum Eccleſiarum, itemque Cancellariæ
icæ, & in loco ſolito Campi Floræ affigantur; ibique,
i, & omnibus innoteſcere poſſint, aliquamdiu relin-
r: cum autem inde amovebuntur, earum exempla in
locis affixa remaneant. Nos enim per recitationem
ublicationem, & affixionem, omnes, & ſingulos, qui
ris comprehenduntur, poſt duos menſes à die publica-
affixionis earum, volumus perinde adſtrictos & ob-
eſſe, ac ſi ipſiſmet illæ coram editæ & lectæ fuiſſent.
mptis quoque earum, quæ manu publici alicujus no-
ipta, ſubſcriptave, & ſigillo, & ſubſcriptione alicujus
e, in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, munita fuerint,
ubitatione ulla fides habeatur, mandamus, atque de-
us. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc pagi-
ſtræ indictionis, ſtatuti, decreti, præcepti, admoni-
adhortationis infringere, vel ei auſu temerario con-
Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indigna-
omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apoſto-
ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Pe-
anno incarnationis Dominicæ M D LX, III. Kal.
r, Pontificatus noſtri anno primo.

Antonius Florebellus.

Barengus.

SACRO-

SACROSANCTI OECVMENIC[I] ET GENERALIS CONCILII TRIDENTIN[I]

SESSIO XVII,

Quæ eſt prima

SVB PIO IV, PONT. MAX.

CELEBRATA

DIE XVIII. IANVAR. M D LXI[I]

Decretum de celebrando Concilio.

PLacetne vobis ad laudem & gloriam ſanctæ & individuæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus ſancti ad incrementum & exaltationem fidei, & religionis Chriſtianæ, ſacrum œcumenicum & generale Concilium Tridentinum, in Spiritu ſancto legitime congregatum, ab hodierno die, qui eſt xviij. menſis Jan. anni à Nativitate Domini M D LXII. Cathedræ Romanæ B. Petri, Apoſtolorum Principis, conſecrato, ſublata quacumque ſuſpenſione, juxta formam & tenorem litterarum Sanctiſſimi Domini noſtri, Pii IV. Pont. Max. celebrari, *a* & in eo ea, debito ſervato ordine, ... ctari, quæ proponentibu... gatis, ac Præſidentibus ... horum temporum leva... calamitates, ſedandas d... ligione controverſias, c... cendas linguas doloſas ... pravatorum morum ab... corrigendos, Eccleſiæ ve... atque Chriſtianam pa... conciliandam apta & id... ipſi ſanctæ Synodo vide... tur? *Reſponderunt*, Plac...

Indictio futuræ Seſſion[is]

Placetne vobis, proxim... fututam Seſſionem, ha... dam & celebrandam eſſe ... quinta poſt ſecundam D... nicam Quadrageſimæ, ... erit die xxvj. menſis Feb... rii? *Reſponderunt*, Plac...

SESSIO XVIII,

Quæ eſt ſecunda

SVB PIO IV, PONT. MAX.

CELEBRATA

DIE XXVI. FEBR. M D LXII

Decretum de librorum delectu, & omnibus ad Concilium fide publica invitandis.

SAcroſancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitime congregata, præſidentibus in ea eiſdem Ap... licæ Sedis Legatis, non ... manis quidem viribus ... fiſa, ſed Domini noſtri ... Chriſti, *b* qui os & ſap... tiam Eccleſiæ ſuæ datu... ſe promiſit, ope & au...

a *Infra Seſſ. 24. & 25. c. 2. 3. de reform.* b *Lucæ 21.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

ri, illud præcipue cogitat, catholicæ fidei doctrinam, orum inter ſe diſſiden- opinionibus, pluribus inquinatam, & obſcu- m, in ſuam puritatem & dorem aliquando reſti- ; & mores qui à veteri tuto deflexerunt, ad me- m vitæ rationem revo- corque *a* patrum ad fi- , & cor filiorum ad pa- convertat. *b* Cum itaque ium primum animad- erit, hoc tempore; ſuſ- orum ac pernicioſorum rum, quibus doctrina ura continetur, & longe que diffunditur, nume- nimis excreviſſe; quod em in cauſa fuit, ut mul- enſuræ in variis provin- & præſertim in alma Ur- oma, pro quodam zelo e fuerint; neque tamen tam magno ac perni- morbo ſalutarem ullam uiſſe medicinam; *c* cen- ut delecti ad hanc diſ- itionem Patres de cenſu- libriſque, quid facto s eſſet, diligenter conſi- rent, atque etiam ad dem ſanctam Synodum tempore referrent; quo ius ipſa poſſit varias & grinas doctrinas tam- n *d* zizania, à Chriſtia- eritatis tritico ſeparare, e his commodius delibe- , & ſtatuere, quæ ad ſcru- m ex complurium ani- eximendum, & tollendas arum querelarum cau- magis opportuna vide- ur. Hæc autem omnia otitiam quorumcumque cta eſſe vult, prout etiam enti decreto deducit: ut, ſi quis ad ſe pertinere aliquo modo putaverit, quæ vel de hoc librorum & cenſurarum negotio, vel aliis, quæ in hoc generali Concilio tractanda prædixit; non dubitet à ſancta Synodo ſe benigne auditum iri.

Quoniam vero eadem ſancta Synodus ex corde optat, Deumque enixe rogat, *e* quæ ad pacem ſunt Eccleſiæ, ut univerſi communem matrem in terris agnoſcentes, quæ *f* quos peperit, oblivisci non poteſt, unanimes, *g* uno ore glorificemus Deum, & Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti; per viſcera miſericordiæ ejuſdem Dei & Domini noſtri, omnes, qui nobiſcum communionem non habent, ad concordiam & reconciliationem, & ut ad hanc ſanctam Synodum veniant, invitat atque hortatur; utque charitatem, *h* quod eſt vinculum perfectionis, amplectantur; pacemque Chriſti, exſultantem in cordibus ſuis, præ ſe ferant, in quam vocati ſunt, in uno corpore. Hanc ergo non humanam, ſed Spiritus Sancti vocem audientes, *i* ne obdurent corda ſua, ſed in ſuo ſenſu non *k* ambulantes, neque ſibi *l* placentes, ad tam piam & ſalutarem matris ſuæ admonitionem excitentur, & convertantur, omnibus enim charitatis officiis ſancta Synodus eos ut invitat, ita complectetur.

Inſuper eadem ſancta Synodus decrevit, fidem publicam in Congregatione generali concedi poſſe, & eamdem vim habituram, ejuſdemque roboris & momenti futuram, ac

Lucæ 1. b *Infra Seſſ.* circa finem. c *Infra* 25. in fin. d *Matth.* 13. nos. in fin. 25. q. 2.

e *Pſalm.* 121. *Iſaiæ* 49. g *Rom.* 15. h *Coloſſ.* 3. i *Pſalm.* 94. & *Hebr.* 3. k *Epheſ.* 4. l *Rom.* 15.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

ac ſi in publica Seſſione data & decreta fuiſſet.

Indictio futuræ Seßionis.

Eadem ſacroſancta Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitime congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis Legatis, ſta[...] & decernit, proximam [...]ram Seſſionem habenda[...] celebrandam eſſe feria q[...] poſt ſacratiſſimum fe[...] Aſcenſionis Domini, [...] erit die XIV. Menſis M[...]

a SALVVS CONDVCTV[S] CONCESSVS GERMANICÆ NATIONI, [...]

In Congregatione generali die XV. Martii, M D LXII.

SAcroſancta œcumenica, & generalis Tridentina S[...]dus, in Spiritu ſancto legitime congregata, præſid[...]bus in ea eiſdem Sedis Apoſtolicæ Legatis, Vniverſis f[...] facit; quod omnibus, & ſingulis Sacerdotibus, Elector[...] Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Ba[...]bus, Nobilibus, militaribus, popularibus, & aliis qu[...]cumque viris, cujuſcumque ſtatus, & conditionis, aut qua[...]tis exſiſtant, Germanicæ provinciæ, & nationis, civitatib[...] aliis locis ejuſdem, & omnibus aliis eccleſiaſticis, & ſæ[...]ribus, præſertim Auguſtanæ confeſſionis, perſonis, qui [...] quæ, una cum ipſis ad hoc generale Tridentinum Conci[...] venient, aut mittentur, ac profecturi ſunt, aut hucuſqu[...]nerunt, quocumque nomine cenſeantur, aut valeant nu[...]pari, tenore præſentium publicam fidem, & pleniſſimam v[...]ſimamque ſecuritatem, quam ſalvum conductum appel[...] liberè ad hanc civitatem Tridentinam veniendi, ibide[...] manendi, ſtandi, morandi, proponendi, loquendi, una [...] ipſa Synodo de quibuſcumque negotiis tractandi, exami[...]di, diſcutiendi, & omnia, quæcumque ipſis libuerit, ac ar[...]los quoſlibet, tam ſcripto quam verbo libere offerendi, [...]palandi, eoſque Scripturis ſacris, & beatorum Patrum [...]bis, ſententiis & rationibus declarandi, adſtruendi, & [...]ſuadendi, & ſi opus fuerit, etiam ad objecta Concilii gene[...] reſpondendi, & cum iis, qui à Concilio delecti fuerint, di[...]tandi; aut charitative abſque omni impedimento confer[...] opprobriis, conviciis, ac contumeliis penitus ſemotis: [...]gnanter, quod cauſæ controverſæ, *b* ſecundum ſacram [...]pturam, & Apoſtolorum traditiones, probata Concilia, Ca[...]licæ Eccleſiæ conſenſum, & SS. Patrum auctoritates in pr[...]cto Concilio Tridentino tractentur: illo etiam addito, ut [...]gionis prætextu, aut delictorum circa eam commiſſorum [...] committendorum, minime puniantur, impartitur, ac om[...] concedit: ſic etiam, ut propter illorum præſentiam, neq[...] itinere, aut quocumque locorum eundo, manendo, aut red[...]

a *Hic Salvus conductus, excepta extenſione ad alias nationes, habetur ſupra Seſſ*[...]

b *Supra Seſſ. 5. in princ.*

nec in ipſa civitate Tridentina à divinis officiis quovis
o ceſſetur. Et ut, his peractis, vel non peractis, quando-
que ipſis libuerit, aut majorum ſuorum mandato & aſ-
n ad propria reverti optabunt, aut aliquis eorum optabit;
abſque ulla renitentia, & occaſione, aut mora, ſalvis re-
orum, & ſuorum pariter honore, & perſonis vice verſa,
int juxta beneplacitum libere & ſecure redire, de ſcientia
en ab eadem Synodo deputandorum; ut tunc opportune
m ſecuritati abſque dolo & fraude provideatur. Vult
n ſancta Synodus, in hac publica fide, ſalvoque conductu,
es quaſcumque clauſulas includi, ac contineri, ac pro in-
s haberi, quæ pro plena, efficaci & ſufficienti ſecuritate,
ndo, ſtando & redeundo, neceſſariæ & opportunæ fue-
Illud etiam, ad majorem ſecuritatem, & pacis ac con-
tionis bonum, exprimens, quod, ſi quiſpiam, aut illorum
i, ſive in itinere, Tridentum veniendo, ſive ibidem mo-
o, aut redeundo, aliquod enorme, quod abſit, egerint, aut
miſerint, quo poſſet hujus fidei publicæ, & aſſecurationis
ficium, eis conceſſum, annullari, aut caſſari; vult &
edit, ut in hujuſmodi facinore deprehenſi, ab ipſis dum-
t, & non ab aliis, condigna animadverſione, cum emenda
cienti, per partem ipſius Synodi merito approbanda, &
anda, mox puniantur; illorum aſſecurationis forma,
itionibus, & modis omnino manentibus illibatis. Pari-
iter etiam vult, ut, ſi quiſquam, vel aliquis ex ipſa Syno-
ive in itinere, aut manendo, aut redeundo, aliquod enor-
quod abſit, egerint, aut commiſerint, quo poſſet hujus
publicæ, & aſſecurationis beneficium violari, aut quoquo
o tolli; in hujuſmodi facinore deprehenſi, ab ipſa Synodo
axat, & non ab aliis, condigna animadverſione, & emen-
fficienti, per partem Dominorum Germanorum Auguſta-
onfeſſionis, tunc hic præſentium, merito laudanda, & ap-
anda, mox puniantur, præſenti aſſecurationis forma, con-
nibus, & modis omnino manentibus illibatis. Vult præ-
ipſa Synodus, quod liceat ipſis Ambaſciatoribus, om-
s & ſingulis, toties quotieſcumque opportunum fuerit,
eceſſarium, ad auram capiendam, exire de civitate Tri-
na, & reverti ad eandem, nec non nuntium, vel nun-
ſuos ad quæcumque loca pro ſuis neceſſariis negotiis or-
ndis libere mittere, ſeu deſtinare, ac ipſos miſſos, ſeu
natos, ſeu miſſum, & deſtinatum ſuſcipere toties, quoties
debitur expedire; ita quod aliqui, vel aliquis per depu-
os Concilii ſocientur, qui eorum ſecuritati provideant,
rovideat. Qui quidem ſalvus conductus, & ſecuritas ſtare
rare debeat à tempore, & per tempus, quo in ipſius Sy-
, & ſuorum tuitionis curam ipſos ſuſcipi contigerit & uſ-
ad Tridentum perduci, ac toto tempore manſionis eo-
ibidem, & rurſum, poſt ſufficientem audientiam habi-
ſpatio viginti dierum præmiſſo cum ipſi petierint; aut
ilium habita hujuſmodi audientia, ipſis receſſum indixe-
à Tridento uſque in quem quiſque elegerit ſibi locum tu-
, Deo favente, reſtituet, dolo & fraude prorſus excluſis,
quidem omnia pro univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus,

pro omnibus Principibus, tam eccleſiaſticis quam ſæcu-
bus quibuſcumque, atque omnibus aliis eccleſiaſticis ac ſæ-
laribus perſonis, cujuſcumque ſtatus & conditionis exi-
aut quocumque nomine cenſeantur, inviolabiliter obſerv-
eſſe promittit, & bona fide ſpondet. Inſuper, omni frau-
dolo excluſis, vera & bona fide promittit, ipſam Syno-
nullam vel manifeſte, vel occulte occaſionem quæſitur-
aut aliqua auctoritate, potentia, jure, vel ſtatuto, privi-
legum, vel canonum aut quorumcumque Conciliorum, in-
ſertim a Conſtantienſis, & Senenſis, quacumque forma-
borum expreſſa, in aliquod hujus fidei publicæ, & pleniſſ-
aſſecurationis, ac publicæ & liberæ audientiæ, ipſis per ip-
Synodum conceſſæ, præjudicium quovis modo uſuram
quemquam uti permiſſuram: quibus in hac parte pro ha-
ce derogat. Quod ſi ſancta Synodus, aut aliquis ex ea
ſuis, cujuſcumque conditionis, vel ſtatus aut præemine-
exſiſtens, præſcriptæ aſſecurationis & ſalvi conductus
mam & modum in quocumque puncto vel clauſula viola-
rit; quod tamen advertere dignetur Omnipotens; & ſuffi-
emenda non fuerit mox ſubſecuta, ipſorum arbitrio m-
approbanda & laudanda; habeant ipſam Synodum, & ha-
poterunt, incidiſſe in omnes pœnas, quas jure divino, &
mano, aut conſuetudine, hujuſmodi ſalvorum conduct-
violatores incurrere poſſint, abſque omni excuſatione,
quavis in hac parte contradictione.

Extenſio ad alias nationes.

Eadem ſacroſancta Synodus, in Spiritu ſancto legi-
congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedi-
latere Legatis, omnibus, & ſingulis aliis, qui nobiſcum
quæ ſunt fidei, communionem non habent, ex quibuſcu-
regnis, nationibus, provinciis, civitatibus ac locis, in
bus publice & impune prædicatur, vel docetur, ſive cre-
contrarium ejus, quod ſancta Romana ſentit Eccleſia, d-
dem publicam, ſive ſalvum conductum ſub eadem forma
eiſdem verbis, quibus datur Germanis.

SESSIO XIX,

Quæ eſt tertia

SVB PIO IV, PONT. MA-

CELEBRATA

DIE XIV. MAII MDLXII.

Decretum prorogationis Seſſionis.

SAcroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitime congregata, præſidentibus in ea eiſdem Ap-
licæ Sedis Legatis, de
ea, quæ hodie in præſent-
ſione ſtatuenda ac ſanci-
erant, juſtis nonnullis a-
neſtis cauſis, in feriam

a *Concil. Conſtant. Seſſ.* 19, *in cap.* 1. Quod non obſt-
bus ſalvis conductibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

ſ, poſt proximam ſolem-
em Corporis Chriſti,
erit pridie nonas Junii,
oganda eſſe cenſuit, ac
ogat; dictaque die Seſ-
em habendam eſſe, ac ce-
ndam, omnibus indicit.
rea rogandus eſt Deus, & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, auctor pacis, ut ſanctificet corda omnium; quo adjuvante, ſancta Synodus & nunc & ſemper meditari atque peragere valeat, quæ ad ejus laudem & gloriam pertineant.

SESSIO XX,

Quæ eſt quarta
SVB PIO IV, PONT. MAX.
CELEBRATA
DIE IV. JVN. MDLXII.

Decretum prorogationis Seſſionis.

Acroſancta œcumenica &
generalis Tridentina Sy-
nodus, in Spiritu ſancto
time congregata, præſi-
ibus in ea eiſdem Apoſto-
e Sedis Legatis, propter
as difficultates, ex diver-
auſis exortas atque etiam,
ongruentius, majorique
deliberatione omnia
edant, nempe ut dogma-
um iis, quæ ad reforma-
em ſpectant, ſimul tra-
tur, & ſanciantur; ea, quæ ſtatuenda videbuntur tam de reformatione, quam de dogmatibus, in proxima Seſſione, quam omnibus indicit in diem ſextam decimam ſubſequentis menſis Julii, definienda eſſe decrevit: a Hoc tamen adjecto, quod dictum terminum ipſa ſancta Synodus pro ejus arbitrio & voluntate, ſicuti rebus Concilii putaverit expedire, etiam in generali Congregatione, reſtringere, & prorogare libere poſſit & valeat.

SESSIO XXI,

Quæ eſt quinta
SVB PIO IV, PONT. MAX.
CELEBRATA.
DIE XVI. JVLII. MDLXII.

rina de Communione ſub utraque ſpecie, & parvulorum.

Acroſancta œcumenica &
generalis Tridentina Sy-
nodus, in Spiritu ſancto
time congregata, præſi-
tibus in ea eiſdem Apoſto-
e Sedis Legatis, cum de tremendo & ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento varia diverſis in locis errorum monſtra nequiſſimi dæmonis artibus circumferantur, ob quæ in nonnullis provinciis multi à Catholicæ Eccleſiæ fide atque obedientia videantur diſceſſiſſe; cenſuit ea, quæ ad

a *Idem ſupra Seſſ. 9.*

ad communionem ſub utraque ſpecie, & parvulorum pertinent, hoc loco exponenda eſſe. Quapropter cunctis Chriſti fidelibus interdicit, ne poſthac de iis aliter vel credere, vel docere, vel prædicare audeant, quam eſt his decretis explicatum atque definitum.

CAPUT I.

Laïcos, & Clericos non conficientes, non adſtringi jure divino ad Communionem ſub utraque ſpecie.

ITaque ſancta ipſa Synodus, à Spiritu ſancto, qui ſpiritus eſt *a* ſapientiæ, & intellectus, ſpiritus conſilii, & pietatis, edocta, atque ipſius Eccleſiæ *b* judicium & conſuetudinem ſecuta, declarat ac docet, nullo divino præcepto laïcos, & Clericos non conficientes, obligari ad Euchariſtiæ Sacramentum ſub utraque ſpecie ſumendum; neque ullo pacto, ſalva fide, dubitari poſſe, quin illis alterius ſpeciei Communio ad ſalutem ſufficiat, nam, *c* etſi Chriſtus Dominus in ultima cœna venerabile hoc Sacramentum in panis & vini ſpeciebus inſtituit, & Apoſtolis tradidit; non tamen illa inſtitutio & traditio eo tendunt, ut omnes Chriſti fideles ſtatuto Domini ad utramque ſpeciem accipiendam adſtringantur. Sed neque ex ſermone illo, apud Joannem ſexto, recte colligitur, utriuſque ſpeciei Communionem à Domino præceptam eſſe, utcumque juxta varias ſanctorum Patrum & doctorum interpretationes intelligatur, n[...] que qui dixit, *d* Niſi ma[...] caveritis carnem filii h[...] nis, & biberitis ejus ſan[...] nem, non habebitis vita[...] vobis; dixit quoque: [...] quis manducaverit ex hoc [...] ne, vivet in æternum. E[...] dixit, *f* Qui manducat m[...] carnem, & bibit meum [...] guinem, habet vitam a[...] nam; dixit etiam: *g* Pa[...] quem ego dabo, caro me[...] pro mundi vita. Is deniq[...] qui dixit, *h* Qui mand[...] meam carnem, & bibit m[...] ſanguinem, in me manet [...] ego in illo, dixit nihilomin[...] *i* Qui manducat hunc pan[...] vivet in æternum.

CAPUT II.

Eccleſiæ poteſtas circa diſpen[...] tionem Sacramenti Euchariſtiæ.

PRæterea declarat, h[...] poteſtatem perpetuo [...] Eccleſia fuiſſe, ut in Sac[...] mentorum diſpenſatione, [...] va illorum ſubſtantia, ea [...] tueret, vel mutaret, quæ [...] cipientium utilitati, ſeu ip[...] rum Sacramentorum ven[...] tioni, pro rerum, temporu[...] & locorum varietate, m[...] expedire judicaret. id au[...] Apoſtolus non obſcure v[...] eſt innuiſſe, cum ait: *k* [...] nos exiſtimet homo, ut mi[...] ſtros Chriſti, & diſpenſat[...] myſteriorum Dei, atque ip[...] quidem hac poteſtate u[...] eſſe, ſatis conſtat, cum [...] multis aliis, tum in hoc [...] Sacramento, cum ordin[...] nonnullis circa ejus uſu[...] *l* Cetera, inquit, cum vene[...] diſponam. Quare agnoſc[...] ſan[...]

a *Iſaiæ* 11. b *Conc. Conſtant. Seſſ.* 13 *infra t. an.* 1. c *Matt.* 16. *Marc.* 14. *Luc.* 22. 1 *Cor.* 11. d *Joan.* 6. e *Ibid.*

f *Ibid.* g *Ibid.* h *Ib*[...] i *Ibid.* k 1 *Cor.* 4. 2 *Cor*[...] l 1 *Cor.* 11.

…ta mater Eccleſia hanc …m in adminiſtratione Sa- …mentorum auctoritatem, … ab initio Chriſtianæ re- …onis non infrequens utri- …ue ſpeciei uſus fuiſſet, ta- …n progreſſu temporis, la- …me jam mutata illa con- …udine, gravibus & juſtis …iſis adducta, hanc conſue- …inem ſub altera ſpecie …mmunicandi *a* approba- …, & pro lege habendam de- …vit: quam reprobare, aut … ipſius Eccleſiæ auctorita- …ro libito mutare non licet.

CAPUT III.

…um & integrum Chriſtum, …c verum Sacramentum ſub …ualibet ſpecie ſumi.

…ſuper declarat, quamvis …edemptor noſter, ut antea …tum eſt, *b* in ſuprema illa …na hoc Sacramentum in …abus ſpeciebus inſtituerit, … Apoſtolis tradiderit; ta- …n fatendum eſſe, etiam ſub …era tantum ſpecie totum …que integrum Chriſtum, …umque Sacramentum ſu- mi; ac propterea, quod ad fructum attinet, nulla gratia, neceſſaria ad ſalutem, eos de- fraudari, qui unam ſpeciem ſolam accipiunt.

CAPUT IV.

Parvulos non obligari ad Communionem ſacramentalem.

Denique eadem ſancta Synodus docet *d* parvulos, uſu rationis carentes, nulla obligari neceſſitate ad ſacramentalem Euchariſtiæ Communionem: ſiquidem, per *e* Baptiſmi lavacrum regenerati, & Chriſto incorporati, adeptam jam filiorum Dei gratiam in illa ætate amittere non poſſunt. neque ideo tamen damnanda eſt antiquitas, ſi eum morem in quibuſdam locis aliquando ſervavit. ut enim ſanctiſſimi illi Patres ſui facti probabilem cauſam pro illius temporis ratione habuerunt: ita certe, eos nulla ſalutis neceſſitate id feciſſe, ſine controverſia credendum eſt.

De COMMUNIONE *ſub utraque ſpecie, & parvulorum.*

CANON I.

…i quis dixerit, *f* ex Dei …ecepto, vel neceſſitate ſa- …is omnes & ſingulos Chriſti …eles utramque ſpeciem ſan- …ſſimi Euchariſtiæ Sacra- …nti ſumere debere; ana- …ma ſit.

CANON II.

…i quis dixerit, ſanctam Eccleſiam *g* Catholicam non juſtis cauſis & rationibus adductam fuiſſe, ut laïcos atque etiam Clericos non conficientes, ſub panis tantummodo ſpecie communicaret; aut in eo erraſſe; anathema ſit.

CANON III.

Si quis negaverit, totum, *h* & integrum Chriſtum omnium

…a Concil. Conſtant. Seſſ. 13. …Matth. 26. Marci 14. 1 Cor. … ſupra cap. 1. c *c. Qui …nducant. c. Invitat. c. Sin…li. de Conſ. Diſt. 2. ſupra …ſ. 13. c. 3. & Can. 3. de Sacr. Euchariſt.* d *Infra Can. 4.* e *Tit. 3.* f *Supra c. 1. Conc. Conſtant. Seſſ. 13.* g *Supra cap. 1. & Conc. Conſtant. ibid.* h *Supra c. 3. & Seſſ. 13. c. 3. & Can. 3. Conc. Conſtant. ib.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

nium gratiarum fontem & auctorem, ſub una panis ſpecie ſumi, quia, ut quidam falſo aſſerunt, non ſecundum ipſius Chriſti inſtitutionem ſub utraque ſpecie ſumatur; anathema ſit.

CANON IV.

Si quis dixerit, *a* parvulis, antequam ad annos diſcretionis pervenerint, neceſſariam eſſe Euchariſtiæ communionem; anathema ſit.

Duos vero articulos, *b* alias propoſitos, nondum tamen excuſſos, videlicet: An rationes, quibus ſancta Catholica Eccleſia adducta fuit, ut communicaret laïcos, atque etiam non celebrantes Sacerdotes, ſub una tantum panis ſpecie, ita ſint retinendæ, ut nulla ratione Calicis uſus cuiquam ſit permittendus: &, An, ſi honeſtis, & Chriſtianæ charitati conſentaneis rationibus concedendus alicui vel nationi vel regno Calicis uſus videatur, ſub aliquibus conditionibus concedendus ſit; & quænam ſint illæ: Eadem ſancta Synodus, *c* in aliud tempus, oblata ſibi quamprimum occaſione, examinandos atque definiendos reſervat.

Decretum de Reformatione.

EAdem ſacroſancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitime congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis Legatis, ad Dei omnipotentis laudem [...] ſanctæ Eccleſiæ ornam[...]tum, ea, quæ ſequuntur [...] reformationis negotio in p[...]ſenti ſtatuenda eſſe cenſuit [...]

CAPVT I.

Epiſcopi gratis cum Ord[...] conferant, tum dimiſſoria[...] teſtimoniales dent: pro [...]bus earum miniſtri nihil p[...]ſus, Notarii, quod in [...]creto præfinitum eſt, a[...]piant.

d QVoniam *e* ab Eccleſ[...]ſtico ordine omnis [...]varitiæ ſuſpicio abeſſe debe[...] nihil pro collatione quoru[...]cumque Ordinum, etiam c[...]ricalis Tonſuræ, nec pro *f* l[...]teris dimiſſoriis, aut teſ[...]monialibus, nec pro ſigill[...] nec alia quacumque de ca[...]ſa, etiam ſponte oblatum[...] Epiſcopi, & alii Ordinu[...] collatores, aut eorum miniſ[...] quovis prætextu accipian[...] Notarii vero in iis tantum l[...]cis, in quibus non viget la[...]dabilis conſuetudo nihil acc[...]piendi, pro ſingulis litter[...] dimiſſoriis, aut teſtimonial[...]bus, decimam tantum uni[...] aurei partem accipere po[...]ſint; dummodo eis nullu[...] ſalarium ſit conſtitutum pr[...] officio exercendo: nec Epi[...]ſcopo ex Notarii commodi[...] aliquod emolumentum e[...] eiſdem Ordinum collationi[...]bus directe vel indirecte pro[...]venire poſſit. tunc enim gra[...]tis operam ſuam eos præſtar[...] omnino teneri decernit: contrarias taxas, ac ſtatuta, & con-

a *Supra in princ. & cap.* 4. b *Supra Seſſ.* 13. *in fine. Vide etiam infra Seſſ.* 22. *in Decreto finali.* c *Infra Seſſ.* 22. *ibid.* d *Vide quæ circa Simoniacos ſtatuit Pius* V. *in Conſt.* Cum primum. 1566. e *Concil.* 2. *Lateran. c.* 1. *& Lateran.* 4. *cap.* 63. *Chalcedon. c.* 2. *Bracaren.* 2. *cap.* 3. *Aurelian.* 2. *cap.* 3. *& Tolet.* 8. *Can.* 3. *c. Sicut Epiſcop.* 1. *q.* 2. *& cap.* 1. *de ſimon.* f *De quibus Milevit. Conc. cap.* 14.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

ſuetudines, etiam immutabiles, quorumcumque torum, quæ potius abuſus, corruptelæ ſimoniacæ pra-ati faventes, nuncupari ſſunt, penitus caſſando, & interdicendo: & qui ſecus fecerint, tam dantes, quam accipientes, ultra divinam ultionem, pœnas *a* à jure inflictas ipſo facto incurrant.

CAPVT II.

Arceantur à ſacris Ordinibus, qui non habent unde vivere poſſint.

CVm non deceat eos, qui divino miniſterio adſcripti ſunt, cum ordinis dedecore *b* mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum exercere; compertumque ſit complures pleriſque in locis ad ſacros Ordines nullo fere delectu admitti; qui variis artibus ac fallaciis confingunt, ſe beneficium eccleſiaſticum, aut etiam idoneas facultates obtinere: ſtatuit ſancta Synodus, ne quis deinceps Clericus *c* ſæcularis, quamvis alias ſit idoneus moribus, ſcientia & ætate, ad ſacros Ordines promoveatur, niſi prius legitime conſtet, eum beneficium eccleſiaſticum, quod ſibi ad victum honeſte ſufficiat, pacifice poſſidere. Id vero beneficium reſignare non poſſit, niſi facta mentione quod ad illius beneficii titulum ſit promotus; neque ea reſignatio admittatur, niſi conſtitò, quod aliunde vivere commode poſſit; & aliter facta reſignatio nulla ſit. Patrimonium vero, vel penſionem obtinentes ordinari poſthac non poſſint, niſi illi quos Epiſcopus judicaverit aſſumendos pro neceſſitate vel commoditate eccleſiarum ſuarum; eo quoque prius perſpecto, patrimonium illud, vel penſionem vere ab eis obtineri taliaque eſſe, quæ eis ad vitam ſuſtentandam ſatis ſint; atque illa deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari, aut extingui, vel remitti, nullatenus poſſint; donec beneficium eccleſiaſticum ſufficiens ſint adepti; vel aliunde habeant, *d* unde vivere poſſint; antiquorum canonum pœnas ſuper his innovando.

CAPVT III.

Ratio diſtributiones quotidianas augendi præſcribitur: conſuetudo, qua non reſidentes nihil vel minus tertia parte fructuum percipiunt, laudatur: abſentium contumacia punitur.

CVm *e* beneficia ad divinum cultum atque eccleſiaſtica munia obeunda ſint conſtituta, ne qua in parte minuatur divinus cultus, ſed ei debitum omnibus in rebus obſequium præſtetur: ſtatuit ſancta Synodus in eccleſiis, tam cathedralibus quam collegiatis, *f* in quibus nullæ ſunt

a *Locis ſupra citatis.* b c. *Diaconi ſunt.* §. *Nunc autem* 53. *Diſt.* c *Bulla Pii* V. 1568. *quæ incipit*, Romanus. *extendit ad clericos reg. non profeſſos; quæ tamen non ligat Religioſos Societatis* JESV, *licet vota tantum ſimplicia emiſerint, quia vere nihilominus ſunt Religioſi profeſſi, uti declarunt Gregorius* XIII. *Bulla* Aſcendente. 1584. & *Gregorius* XIV. *Bulla* Eccleſiæ. 1591. d c. *Non liceat*, c. *Epiſcopus*. c. *Cum ſecundum*, & c. *Tuis de præb.* c. *Si Epiſcopus. eod. in* 6. *Conc. Lateran. ſub Alex.* III. *parte* 3. c. 9. e c. *fin de refor. in* 6. f *Infra Seſſ.* 22. *de reform. cap.* 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

ſunt diſtributiones quotidianæ, vel ita tenues, ut veriſimiliter negligantur, tertiam partem fructuum, & quorumcumque proventuum, & obventionum, tam dignitatum, quam canonicatuum, perſonatuum, portionum, & officiorum, ſeparari debere, & in diſtributiones quotidianas converti, quæ inter dignitates obtinentes, & ceteros divinis intereſſentes, proportionabiliter juxta diviſionem ab Epiſcopo, etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegato, in ipſa prima fructuum deductione faciendam, dividantur: ſalvis tamen conſuetudinibus earum eccleſiarum, in quibus non reſidentes, ſeu non ſervientes, nihil vel minus tertia parte percipiunt: non obſtantibus exemptionibus, ac aliis conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, & appellationibus quibuſcumque. Creſcenteque non ſervientium contumacia, liceat contra eos procedere, juxta juris *a* ac ſacrorum canonum diſpoſitionem.

CAPVT IV.

Sacramenta per convenientem Sacerdotum numerum exhibeantur. Ratio novas parochias erigendi traditur.

Epiſcopi, etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegati, in omnibus eccleſiis parochialibus, vel baptiſmalibus, in quibus populus ita numeroſus ſit, ut unus rector non poſſit ſufficere eccleſiaſticis Sacramentis miniſtrandis, & cultui divino peragendo; *b* cogant Rectores, vel alios, ad quos pertinet, ſibi
tot ſacerdotes ad hoc m
adjungere, quot ſuffi
ad Sacramenta exhibend
cultum divinum celeb
dum. In iis vero, in qu
ob locorum diſtantiam,
difficultatem parochiani
magno incommodo ad
cipienda Sacramenta, &
vina officia audienda a
dere non poſſunt; novas
rochias, etiam invitis Rec
ribus, juxta formam co
tutionis Alexandri III, c
incipit, *c* Ad audientia
conſtituere poſſint. Illis
tem ſacerdotibus, qui de no
erunt eccleſiis noviter ereć
præficiendi, competens a
gnetur portio arbitrio Epiſc
pi ex fructibus ad eccleſia
matricem quomodocumq
pertinentibus: &, ſi nece
fuerit, compellere poſſit p
pulum ea ſubminiſtrare, qu
ſufficiant ad vitam dictoru
ſacerdotum ſuſtentandam
quacumque reſervatione ge
nerali, vel ſpeciali, vel affe
ctione, ſuper dictis eccleſiis
non obſtantibus. Neque hu
juſmodi ordinationes & ere
ctiones poſſint tolli; nec im
pediri, ex quibuſcumque pro
viſionibus, etiam vigore re
ſignationis, aut quibuſvis a-
liis derogationibus, vel ſuſpenſionibus.

CAPVT V.

Poßint Epiſcopi facere uniones perpetuas, in caſibus à jure permißis.

Vt etiam eccleſiarum ſtatus, ubi ſacra Deo officia miniſtrantur, ex dignitate conſervetur; poſſint Epiſcopi etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegati, juxta formam juris, ſine tamen præjudicio obtinen-

a *Infra Seſſ.23. de reform. c.1. c. Cum ad hoc. & ſeq. de cler. non reſid.* b *c. fin. de Eccl. ædif.* c *Vide infra* XXII.

...entium, facere *a* unio-
perpetuas quarumcum-
eccleſiarum parochia-
, & baptiſmalium, &
um beneficiorum, cura-
n, vel non curatorum,
curatis, propter earum
ertatem, & in ceteris ca-
à jure permiſſis, etiam
ctæ eccleſiæ vel beneficia
generaliter vel ſpecial:-
ſervata, aut qualiter-
que affecta. *b* Quæ unio-
etiam non poſſint revo-
nec quoquo modo in-
i vigore cujuſcumque
ſionis; etiam ex cauſa
nationis, aut derogatio-
aut ſuſpenſionis.

CAPVT VI.

*...itis Rectoribus vicarii
parte fructuum pro tem-
deputentur: in ſcandalo
everantes privari bene-
oſſint.*

...ia *c* illiterati & impe-
ti parochialium eccle-
n Rectores ſacris minus
unt officiis; & alii pro-
eorum vitæ turpitudi-
potius deſtruunt, quam
ant; Epiſcopi, etiam
uam Apoſtolicæ Sedis
ti, eiſdem illiteratis &
tis, ſi alias honeſtæ vi-
t, Coadjutores, aut Vi-
pro tempore deputare,
nque fructuum eiſdem
ficienti victú aſſignare,
iter providere poſſint;
nque appellatione, &
tione remota. *d* Eos vero, qui turpiter & ſcandaloſe vivunt, poſtquam præmoniti fuerint, coërceant ac caſtigent; &, ſi adhuc incorrigibiles in ſua nequitia perſeverent, eos beneficiis, juxta ſacrorum *e* canonum conſtitutiones, exemptione & appellatione quacumque remota, privandi facultatem habeant.

CAPVT VII.

Epiſcopi transferant una cum oneribus Eccleſias, quæ nequeunt inſtaurari; alias vero reparari procurent.

CVm illud quoque valde curandum ſit, ne ea, quæ ſacris miniſteriis dicata ſunt, temporum injuria obſoleſcant, & ex hominum memoria excidant; Epiſcopi, etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegati, transferre poſſint beneficia ſimplicia, etiam juris patronatus, ex eccleſiis, quæ vetuſtate, vel alias collapſæ ſint, & ob eorum inopiam nequeant inſtaurari, vocatis iis, quorum intereſt, in matrices, aut alias eccleſias locorum eorumdem, ſeu viciniorum, arbitrio ſuo; atque in eiſdem eccleſiis erigant altaria vel capellas ſub eiſdem invocationibus: vel in jam erecta altaria vel capellas transferant cum omnibus emolumentis, & oneribus, prioribus eccleſiis impoſitis, *f* Parochiales vero eccleſias, etiam ſi juris patronatus ſint, ita col-

...*Sicut unire, de exceſſ.
...r. Conc. Later. ſub Leo-
Seſſ. 9. de reform. curiæ.
...a Seſſ. 24. de reformat.
... ſupra Seſſ. 14. cap. 9
...m.* b *c. Vnio. in fin.
... cap. Ex temporis, cum
... q. 1.* c *c. Illiteratos.
... c. Niſi cum pridem, de
... c. 1. 38. Diſt. c. Cum
ex eo. de elect. in 6. Concil Toletan. 8. Can. 8.* d *c. Quia frater. 7. q. 1. c. Vt clericorum. & ſeqq. de vita & honeſtate cler.* e *c. Felicis. de pœnis, in 6. & Clem. Multorum. de pœnit.* f *cap. 1. & c. pen. de eccleſ. ædif. vel repar. infra cap. 8. & ſupra Seſſ. 7. cap. 8. de reform.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

collapſas refici & inſtaurari procurent ex fructibus & proventibus quibuſcumque, ad eaſdem eccleſias quomodocumque pertinentibus: qui ſi non fuerint ſufficientes, omnes patronos, & alios, qui fructus aliquos ex dictis eccleſiis provenientes percipiunt, aut, in illorum defectum, parochianos omnibus remediis opportunis ad prædicta cogant; quacumque appellatione, exemptione, & contradictione remota. Quod ſi nimia egeſtate omnes laborent; ad matrices ſeu viciniores eccleſias transferantur, cum facultate tam dictas parochiales, quam alias eccleſias dirutas, in profanos uſus, non ſordidos, erecta tamen ibi Cruce, convertendi.

CAPVT VIII.

Monaſteria commendata, in quibus non viget regularis obſervantia, & beneficia quæcumque quotannis ab Ordinario viſitentur.

QVæcumque in diœceſi ad Dei cultum ſpectant, ab Ordinario diligenter curari, atque iis, ubi oportet, provideri æquum eſt. propterea commendata monaſteria, etiam Abbatiæ, Prioratus, & Præpoſituræ nuncupatæ, in quibus non viget regularis obſervantia; nec non beneficia tam curata quam non curata, ſæcularia, & Regularia, qualitercumque commendata, etiam exempta, ab Epiſcopis, etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegatis, annis ſingulis *a* viſitentur; curentque

iidem Epiſcopi congr
bus remediis, etiam p
queſtrationem fructuum
quæ renovatione indi
aut reſtauratione, refici
& cura animarum, ſi qu
vel eorum annexis imm
aliaque debita obſequia
exerceantur; appellatio
quibuſcumque, privil
conſuetudinibus, etiam
memorabili tempore pr
ptis, conſervatoriis, jud
deputationibus, & eoru
hibitionibus non obſtant
&, *b* ſi in eis vigeret
vantia Regularis, provi
Epiſcopi paternis admo
nibus, ut eorum Regula
Superiores juxta eorun
gularia inſtituta debita
vendi rationem obſerven
obſervari faciant, & ſib
ditos in officio continean
moderentur. Quod ſi a
niti, intra ſex menſes eo
viſitaverint, vel correxe
tunc iidem Epiſcopi,
ut delegati Sedis Apoſto
eos viſitare poſſint, & c
gere, prout ipſi Super
poſſent, juxta eorum in
ta, quibuſcumque appel
nibus, privilegiis, & e
ptionibus penitus remoti
non obſtantibus.

CAPVT IX.

Quæſtorum eleëmoſynaru
men & uſus tollitur.
dulgentias & ſpirituale
tias Ordinarii publicent.
de capitulo eleëmoſyna
tis accipiant.

CVm multa à diverſi
tea Conciliis, tam
ranenſi, ac Lugdunenſi,

a *Supra Seſſ. 7. de reform. cap. 8. & infra Seſſ. 24. c. 9. & Seſſ ult. de regul. cap. 10. Con. Tarracon. 1. cap. 7. & Conc. Braccaren. 2. cap. 1.*

b *Infra Seſſ. ult. d. l.* c
cil. Lateran. cap. 62. ſ
nocent. III. *c. Cum ex*
pœnitent. & rem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

…nenſis, adverſus pra-
…eëmoſynarum Queſto-
…buſus remedia tunc ad-
…, poſterioribus tempo-
…eddita fuerint inutilia;
…que eorum malitia ita
…ie magno fidelium om-
…ſcandalo & querela ex-
…re deprehendatur, ut
…um emendatione nulla
…nplius relicta videatur:
…, ut poſthac, in qui-
…nque Chriſtianæ reli-
… locis, eorum nomen
…uſus penitus aboleatur;
…d officium hujuſmodi
…ndum ullatenus admit-
…, non obſtantibus pri-
…s, eccleſiis, monaſte-
… hoſpitalibus, piis lo-
… quibuſvis, cujuſcum-
…radus, ſtatus & digni-
…erſonis, conceſſis, aut
…tudinibus etiam im-
…rabilibus. Indulgen-
…ero, aut alias ſpiritua-
… atias quibus non ideo
… fideles decet privari,
… ps per Ordinarios loco-
… adhibitis duobus de Ca-
…, debitis temporibus
… publicandas eſſe de-
… quibus etiam eleëmo-
ſynas, atque oblata ſibi charitatis ſubſidia, nulla prorſus mercede accepta, fideliter colligendi facultas datur: ut tandem cæleſtes hos Eccleſiæ theſauros *b* non ad quæſtum, ſed ad pietatem exerceri, omnes vere intelligant.

Indictio futuræ Seſſionis.

Sacroſancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitime congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis Legatis, ſtatuit & decrevit, proximam futuram Seſſionem habendam & celebrandam eſſe feria quinta poſt octavam feſti Nativitatis beatæ Mariæ virginis, quæ erit XVII. menſis Septembris proxime futuri: *c* Hoc tamen adjecto; quod dictum terminum, ac unicuique Seſſioni in poſterum præfigendum, ipſa ſancta Synodus pro ejus arbitrio & voluntate, ſicuti rebus Concilii putaverit expedire, etiam in generali Congregatione, reſtringere & prorogare libere poſſit & valeat.

SESSIO XXII,
Quæ eſt Sexta
…VB PIO IV, PONT. MAX. CELEBRATA DIE XVII. SEPT. MD LXII.

…octrina de ſacrificio Miſſæ.

…roſancta œcumenica & …neralis Tridentina Sy- …dus, in Spiritu ſancto …ne congregata, præſidentibus in ea eiſdem Apoſtolicæ Sedis Legatis, ut vetus abſoluta, atque omni ex parte perfecta *d* de magno Euchariſtiæ myſterio in ſancta Catholica Eccleſia fides atque

…lement. abuſionibus. eod. … infra Seſſ. ult. in decre- … Indulg. & ſupra Seſſ. 5. … de reformat. b *Vide Conſt. Pii* V. Et ſi Dominici. 1567. c *Idem ſupra Seſſ. 9.* d *Supra Seſſ. 13. in principio.*

que doctrina retineatur, & in ſua puritate, propulſatis erroribus, atque hæreſibus, conſervetur; de ea, quatenus verum & ſingulare ſacrificium eſt, Spiritus ſancti illuſtratione edocta, hæc quæ ſequuntur, docet, declarat, & fidelibus populis prædicanda decernit.

CAPVT I.

De inſtitutione ſacroſancti Miſſæ ſacrificii.

QVoniam ſub priori Teſtamento, teſte Apoſtolo Paulo, propter *a* Levitici ſacerdotii imbecillitatem conſummatio non erat; oportuit, Deo Patre miſericordiarum ita ordinante, ſacerdotem alium ſecundum ordinem Melchiſedech ſurgere Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui poſſet omnes, quotquot ſanctificandi eſſent, conſummare, & ad perfectum adducere. Is igitur Deus & Dominus noſter, etſi *b* ſemel ſeipſum in ara Crucis, morte intercedente, Deo Patri oblaturus erat, ut æternam illic redemptionem operaretur: quia tamen per mortem ſacerdotium ejus exſtinguendum non erat; in cœna noviſſima, qua nocte tradebatur, ut dilectæ ſponſæ ſuæ Eccleſiæ viſibile, ſicut hominum natura exigit, relinqueret *c* ſacrificium, quo cruentum illud, ſemel in Cruce peragendum repræſentaretur; ejuſque *d* memoria in finem uſque ſæculi permaneret, atque illius ſalutaris virtus in remiſſionem eorum, quæ à nobis quotidie committuntur, peccator[um] [ap]plicaretur; *e* ſacerdot[em] [ſe]cundum ordinem Me[lchiſe]dech ſe in æternum co[nſtitu]tum declarans, corpus [et ſan]guinem ſuum ſub ſpe[ciebus] panis & vini Deo Patri o[btulit], ac ſub earumdem rerum [ſym]bolis, Apoſtolis, quo[s tunc] novi Teſtamenti ſace[rdotes] conſtituebat, ut ſum[erent] tradidit; & eiſdem, e[orum]que in ſacerdotio ſucc[eſſori]bus, ut offerrent, pr[æcepit] per hæc verba, *f* Hoc [facite] in meam commemo[ratio]nem, uti ſemper Cath[olica] Eccleſia intellexit, & d[ocuit]. [Nam] celebrato veteri Pa[ſcha], quod in memoriam *g* e[xitus] de Ægypto multitudo [filio]rum Iſraël immolabat, [no]vum inſtituit Paſcha, [ſe ip]ſum ab Eccleſia per ſac[erdo]tes ſub ſignis viſibilibus [im]molandum in memo[riam] tranſitus ſui ex hoc mund[o ad] Patrem, quando per ſui [ſan]guinis effuſionem nos [rede]mit, *h* eripuitque de pot[eſta]te tenebrarum, & in reg[num] ſuum tranſtulit. Et hæc [qui]dem *i* illa munda oblatio [eſt], quæ nulla indignitate aut [ma]litia offerentium inqu[inari] poteſt: quam Dominus [per] Malachiam nomini ſuo, q[uod] magnum futurum eſſe[t in] gentibus, in omni loco [mun]dam offerendam prædixit; quam non obſcure innuit [A]poſtolus Paulus *k* Corint[hiis] ſcribens, cum dicit; [non] poſſe eos, qui participat[ione] menſæ dæmoniorum pol[luti] ſunt, menſæ Domini part[ici]pes fieri: per menſam alt[are] utrobique intelligens. [...]

a *Hebr. 7. d.* b *Hebr. 7. 2, & 10. c. Semel immolatus, cum ſeq. de Conſ. Diſt. 2.* c *Conc. Tolet. 12. cap. 5.* d *1 Cor. 11.* e *Pſalm. 109. c. In calicem, & c. Accipite. de Conſ. Diſt[...]* f *Matth. 26. Lucæ 22.* g *Exod. 13.* h *Col. 1.* i *[Ma]lac. 1.* k *1 Cor. 10. d. 6.* [...] *ſatis. 34. q. 1.*

…e illa eſt, quæ *a* per ſacrificiorum, naturæ …s tempore, ſimilitudi… urabatur; utpote quæ …omnia, per illa ſignifi… velut illorum omnium …mmatio & perfectio, …ctitur.

CAPUT II.

…ium viſibile, eſſe propi…torium pro vivis & defunctis.

…uoniam in divino hoc …crificio, quod in Miſſa …tur, idem ille Chriſtus …etur, & incruente im…ur, qui in ara Crucis ſe…ipſum *b* cruente obtu… …ocet ſancta Synodus, ſa…um iſtud vere propitia…n eſſe, per ipſumque fie…, ſi cum vero corde, & …ide, cum metu & reve…, contriti ac pœniten… Deum accedamus, mi…rdiam conſequamur, & …m inveniamus in auxi… …portuno. *c* Hujus quip…latione placatus Domi… gratiam & donum pœ…iæ concedens, crimina …ccata, etiam ingentia, …tit, una enim eademque …ſtia, idem nunc offerens …otum miniſterio, qui …m tunc in Cruce obtu… ſola offerendi ratione di… Cujus quidem oblatio…cruentæ, inquam, fru… per hanc uberrime perci…ur: tantum abeſt, ut illi per hanc quovis modo derogetur. Quare non ſolum pro fidelium vivorum peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, & aliis neceſſitatibus, ſed & pro defunctis in *d* Chriſto nondum ad plenum purgatis, rite, juxta Apoſtolorum traditionem, offertur.

CAPUT III.

De miſſis in honorem Sanctorum.

Et quamvis *e* in honorem & memoriam Sanctorum nonnullas interdum Miſſas Eccleſia celebrare conſueverit; non tamen illis ſacrificium offerri docet, ſed Deo ſoli, qui illos coronavit; unde nec ſacerdos dicere ſolet, offero tibi ſacrificium Petre, vel Paule, ſed Deo, de illorum victoriis gratias agens, eorum patrocinia implorat; ut ipſi pro nobis intercedere dignentur in cælis, quorum memoriam facimus in terris.

CAPUT IV.

De Canone Miſſæ.

Et cum ſancta ſancte administrari conveniat, *f* ſitque hoc omnium ſanctiſſimum ſacrificium; Eccleſia Catholica, ut digne, reverenterque offerretur, ac perciperetur, ſacrum Canonem *g* multis ante ſæculis inſtituit, ita ab omni errore purum, ut nihil in eo contineatur, quod non maxime ſanctitatem

…*Gen. 4 & 21. Levit. 1. 2. & alibi.* b *Hebr. 9.* …*Auguſtinus 10. de Civitate* …*cap. 20.* c *infra Can. 3.* …*ſ. 21, in princ.* d *Au…* …*de Civitate Dei, lib. 8* …*in Can. 4. & Seſſ. 25. de* …*cat. Sanctorum.* e *c. Ni…* …*de Conſ. Diſt. 2.* f *Am…* …*us de Sacrament. l. 4. c. 6.*

Auguſt. ad Ianuar. ſuper illis verbis Pauli. Cetera cum venero diſponam. *& ſerm. de corp. Chriſti: & epiſt. ad Paulin. Ex Apoſtolica vero tradit. emanaſſe, teſtantur c. Iacobus. cum gloſ. de Conſ. Diſt. 1. Vigilius PP. epiſt. ad Euther. & Innocent. III. in c. Cum Marthæ de cel. Miſſ.*

tatem ac pietatem quamdam redoleat, menteſque offerentium in Deum erigat. Is enim conſtat cum ex ipſis Domini verbis, tum ex Apoſtolorum traditionibus, ac ſanctorum quoque Pontificum piis inſtitutionibus.

CAPUT V.

De ſolemnibus Miſſæ ſacrificii cæremoniis.

CUmque *a* natura hominum ea ſit, ut non facile queat ſine adminiculis exterioribus ad rerum divinarum meditationem ſuſtolli; propterea pia mater Eccleſia ritus quoſdam, ut ſcilicet quædam ſubmiſſa voce, alia vero clariore, in Miſſa pronuntiarentur, inſtituit. *b* Cæremonias item adhibuit, ut myſticas benedictiones, lumina, thymiamata, veſtes, aliaque id genus multa, ex Apoſtolica diſciplina & traditione, quo & majeſtas tanti ſacrificii commendaretur, & mentes fidelium per hæc viſibilia religionis & pietatis ſigna ad rerum altiſſimarum, quæ in hoc ſacrificio latent, contemplationem excitarentur.

CAPUT VI.

De Miſſa, in qua ſolus ſacerdos communicat.

c OPtaret quidem ſacroſancta Synodus, ut in ſingulis Miſſis fideles adſtantes non ſolum ſpirituali aff[...] ſed ſacramentali etiam [...] chariſtiæ perceptione [...] municarent, quo ad eo[...] ctiſſimi hujus ſacrifici[...] ctus uberior proveniret [...] tamen, ſi id non ſemper [...] *d* propterea Miſſas illa[...] quibus ſolus ſacerdos n[...] cramentaliter commun[...] ut privatas & illicitas [...] nat, ſed probat, atque [...] commendat. ſi quidem [...] quoque Miſſæ vere co[...] nes cenſeri debent: pa[...] quod in eis populus ſpir[...] liter communicet: pa[...] vero, quod à publico Ec[...] miniſtro non pro ſe tan[...] ſed pro omnibus fidelibus[...] ad corpus Chriſti perti[...] celebrentur,

CAPUT VII[...]

De aqua in calice offerend[...] vino miſcenda.

MOnet deinde ſancta [...] nodus, præceptum [...] *e* ab Eccleſia ſacerdotibu[...] aquam vino in calice [...] rendo miſcerent: tum [...] Chriſtum Dominum it[...] ciſſe credatur, tum e[...] quia *f* è latere ejus aq[...] mul cum ſanguine exi[...] quod Sacramentum hac [...] tione recolitur: & cum [...] quæ in Apocalypſi beati J[...] nis populi dicantur: [...] populi fidelis cum C[...] Chriſto unio repræſentat[...]

a *Auguſt. l.* 51. *de Libero arbitr. c.* 10. Humana autem anima. b *Infr. Can.* 7. c *Sicut in primitiva Eccleſia factum teſtatur. c. Omnes fideles, de Conſ. Diſt.* 1. & *c. Peracta. eod. Diſt.* 2. d *Alloqui nec Fabian. de Conſ. Diſt.* 2. *c. Et ſi non: nec Conc. Eliberit. de Conſ. Diſt.* 2. *c. Omnis homo: nec* 1 *Toletan. cap.* 13. *probaſſet certis tantùm tempo[...] communis.* e *Syn.* 6. [...] *Conc. Carth.* 3. *c.* 24. *B[...] ren.* 3. *c* 1. *ex Cyprian. l[...] epiſt.* 3. *Triburien. cap.* 19 [...] *Florentin. de Sacram. Eu[...] c. In Sacram c. Non op[...] c. Cum omne,* & *c. In Cali[...] de Conſ. Diſt.* 2. *c. Cum Ma[...] §. Quæſiviſti, de celeb.* f [...] 19. g *Apoc.* 17.

APVT VIII.

ſa vulgari lingua paßim celebranda ; & myſte- us populo explicandis.

Miſſa magnam conti- t populi fidelis erudi- ; a non tamen expe- ſum eſt Patribus , ut i paſſim lingua cele- ir. Quamobrem , re- ubique cujuſque Eccle- tiquo , & à ſancta Ro- Eccleſia , omnium ec- um matre & magiſtra , o ritu , ne oves Chriſti nt , b neve parvuli pa- etant , & non ſit qui t eis ; mandat ſancta us c Paſtoribus & ſin- curam animarum ge- us, ut frequenter inter rum celebrationem vel , vel per alios, ex iis n Miſſa leguntur , ali- exponant ; atque inter cetera ſanctiſſimi hujus ſacrificii myſterium aliquod declarent, diebus præſertim Dominicis & feſtis.

CAPVT IX.

Prolegomenon Canonum ſequentium.

Qvia vero adverſus veterem hanc in ſacroſancto Euangelio , Apoſtolorum traditionibus, ſanctorumque Patrum doctrina fundatam fidem , hoc tempore multi diſſeminati ſunt errores , multaque à multis docentur atque diſputantur ; ſacroſancta Synodus , poſt multos graveſque his de rebus mature habitos tractatus , unanimi Patrum omnium conſenſu , quæ huic puriſſimæ fidei , ſacræque doctrinæ adverſantur , damnare , & à ſancta Eccleſia eliminare , per ſubjectos hos Canones , conſtituit.

DE SACRIFICIO MISSÆ.

CANON I.

uis dixerit, in Miſſa non i Deo verum & pro- n ſacrificium , aut quod i non ſit aliud , quam Chriſtum ad mandu- um dari ; anathema ſit.

CANON II.

uis dixerit , illis verbis , c facite in meam com- orationem , e Chriſtum inſtituiſſe Apoſtolos ſa- otes : aut non ordinaſſe , i , aliique ſacerdotes of- nt corpus & ſanguinem ; anathema ſit.

CANON III.

Si quis dixerit, Miſſæ ſacrificium tantum eſſe laudis , & gratiarum actionis , aut nudam commemorationem ſacrificii in Cruce peracti, f non autem propitiatorium : vel ſoli prodeſſe ſumenti : neque pro vivis & defunctis , pro peccatis , pœnis , ſatisfactionibus & aliis neceſſitatibus offerri debere : anathema ſit.

CANON IV.

Si quis dixerit,blaſphemiam irro-

Latini Græce , & viciſſim Latine celebrare prohi- ur , ex Conſtit. Pii V. Pro- atia. 1566. b Thren. 4. pra Seſſ. 5. cap. 2. de refor- mat. & infra Seſſ. 24. cap. 7. de reformat. d 1 Cor. 11. e Luca 21. Supra cap. 1. de hoc ſacrif. f Supra cap. 2. ibid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

irrogari ſanctiſſimo Chriſti ſacrificio in Cruce peracto, per Miſſæ ſacrificium, aut illi per hoc derogari: anathema ſit.

CANON V.

Si quis dixerit, impoſturam eſſe, Miſſas celebrare *a* in honorem Sanctorum, & pro illorum interceſſione apud Deum obtinenda, ſicut Eccleſia intendit; anathema ſit.

CANON VI.

Si quis dixerit, Canonem Miſſæ *b* errores continere, ideoque abrogandum eſſe: anathema ſit.

CANON VII.

Si quis dixerit, *c* cærimonias, veſtes, & externa ſigna, quibus in Miſſarum celebratione Eccleſia Catholica utitur, irritabula impietatis eſſe magis, quam officia pietatis; anathema ſit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, Miſſas *d* in quibus ſolus ſacerdos ſacramentaliter communicat, illicitas eſſe, ideoque abrogandas; anathema ſit.

CANON IX.

Si quis dixerit, Eccleſiæ Romanæ ritum, quo ſubmiſſa voce pars Canonis & verba conſecrationis proferuntur, damnandum eſſe; *e* aut lingua tantum vulgari Miſſam celebrari debere; *f* aut aquam non miſcendam eſſe vino in calice offerendo, eo quod ſit contra Chriſti inſtitutionem; anathema ſit.

Decretum de obſervand[…] evitandis in celebra[…] tione Miſſæ.

QVanta cura adhiben[…] ut ſacroſanctum […] ſacrificium omni reli[…] cultu ac veneratione ce[…] tur, quivis facile exiſt[…] poterit, qui cogitarit, […] dictum in ſacris Litter[…] vocari, *g* qui facit op[…] negligenter. Quod ſi […] ſario fatemur, nullum […] opus adeo ſanctum ac […] num à Chriſti fidelibu[…] ctari poſſe, quam hoc […] tremendum myſterium […] vivifica illa hoſtia, qu[…] Patri reconciliati ſum[…] altari per ſacerdotes q[…] die immolatur, ſatis […] apparet, omnem opera[…] diligentiam in eo pone[…] eſſe, *h* ut quanta ma[…] fieri poteſt interiori c[…] munditia & puritate, […] exteriori devotionis ac[…] tatis ſpecie peragatur. […] igitur multa jam ſive […] porum vitio, ſive hom[…] incuria, & improbitat[…] repſiſſe videantur, quæ à […] ti ſacrificii dignitate a[…] ſunt; ut ei debitus h[…] & cultus ad Dei gloria[…] fidelis populi ædificati[…] reſtituatur, decernit ſ[…] Synodus, ut Ordinarii l[…] rum Epiſcopi ea omnia […] hibere, atque è medio t[…] ſedulo curent, ac tenea[…] quæ vel avaritia, *i* id[…] rum ſervitus, vel irreve[…] tia, quæ ab impietate […] ſejuncta eſſe poteſt, ve[…] perſtitio, veræ pietatis […] ſa imitatrix, induxit. […] que ut multa paucis com[…] hen[…]

a *Supra c. 3. ibid.* b *Supra c. 4. ibd.* c *c. Sane. de celebrat. Miſſ. Supra cap. 5. ibid.* d *Supra cap. 6. de hoc ſacrif.*

e *Supra c. 8. ibid.* f *c. i[…] cramentor de Conſ. Diſt.* g *Ier. 48.* h *Supra Seſſ[…] c 7. de Sacr. Euchar.* i *E[…]*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

...ntur, in primis, quod ad
...iam pertinet, cujuſ-
...neris mercedum con-
...es, pacta, & quidquid
...iſſis novis celebrandis
...; necnon importunas
... illiberales eleemoſyna-
...xactiones potius, quam
...ationes, aliaque hu-
...di quæ à Simoniaca la-
...el certe à turpi quæſtu
...onge abſunt, omnino
...beant. Deinde, ut irre-
...cia vitetur, ſinguli in
...iœceſibus interdicant,
...i vago & ignoto ſacer-
...Miſſas celebrare liceat.
...nem præterea, qui pu-
... & notorie criminoſus
...aut ſancto altari mini-
..., aut ſacris intereſſe
...ittant; neve patiantur
...vatis in domibus, atque
...no extra eccleſiam, &
...vinum tantum cultum
...ata oratoria, ab eiſdem
...ariis deſignanda & viſi-
..., ſanctum hoc ſacrifi-
... à ſæcularibus *b* aut re-
...ibus quibuſcumque per-
... ac niſi prius, qui inter-
...decenter compoſito cor-
... habitu, declaraverint
...nte etiam, ac devoto
...s affectu, non ſolum
...ore, adeſſe. Ab eccleſiis
... *c* muſicas eas, ubi ſive
...no, ſive cantu laſcivum
...impurum aliquid miſce-
...item *d* ſæculares omnes
...nes, vana atque adeo
...na colloquia, deambu-
...nes, ſtrepitus, clamo
...rceant: ut *e* domus Dei
... domus orationis eſſe
...tur, ac dici poſſit. Po-

ſtremo, ne ſuperſtitioni locus aliquis detur, edicto & pœnis propoſitis caveant, ne ſacerdotes aliis quam debitis horis celebrent; neve ritus alios, aut alias cæremonias & preces in Miſſarum celebratione adhibeant, præter eas quæ ab Eccleſia probatæ, ac frequenti & laudabili uſu receptæ fuerint. Quarumdam vero Miſſarum, & candelarum certum numerum, qui magis à ſuperſtitioſo cultu, quam à vera religione, inventus eſt, omnino ab eccleſia removeant: doceantque populum, quis ſit, & à quo potiſſimum proveniat, ſanctiſſimi hujus ſacrificii tam pretioſus ac cæleſtis fructus. Moneant etiam eumdem populum; ut frequenter *f* ad ſuas parochias, ſaltem diebus Dominicis, & majoribus feſtis accedant. Hæc igitur omnia, quæ ſummatim enumerata ſunt, omnibus locorum Ordinariis ita proponuntur, ut non ſolum ea ipſa, ſed quæcumque alia huc pertinere viſa fuerint; ipſi pro data ſibi à ſacroſancta Synodo poteſtate, ac etiam, ut delegati Sedis Apoſtolicæ prohibeant, mandent, corrigant, ſtatuant; atque ad ea inviolate ſervanda cenſuris eccleſiaſticis, aliiſque pœnis, quæ illorum arbitrio conſtituentur, fidelem populum compellant: non obſtantibus privilegiis, exemptionibus, appellationibus ac conſuetudinibus quibuſcumque.

...*onc. Laodic. Can.* 58. *Conc.*
...*ag.* 2. *Can* 9 *c. Sicut, cum*
.... *Hic ergo. c. Nullus preſ-*
... *& c. Clericos. de Conſ.*
... 1. *Anacletus epiſt.* 1.
...*Auctoritate. de priv. in* 6.
...*ncil. Antiſiod. cap.* 9. *&*

Cabillon. ſub Vitaliano, c. 19. d *Pœnas pecuniarias adjecit Pius* V. *in Bulla,* Cum primum, 1566. e *Iſaia* 59. *Matth.* 22. f *cap.* 2. *de paroch. Concil. Agath. cap.* 21. *&* 63.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

Decretum de Reformatione.

EAdem ſacroſancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu ſancto legitime congregata, præſidentibus in ea eisdem Apoſtolicæ Sedis Legatis, ut reformationis negotium proſequatur, hæc, in præſenti Seſſione, ſtatuenda cenſuit.

CAPVT I.

Canones de vita & honeſtate Clericorum innovantur.

NIhil eſt, quod alios magis ad pietatem & Dei cultum aſſidue inſtruat, quam *a* eorum vita & *b* exemplum, qui ſe divino miniſterio dedicarunt, cum enim à rebus ſæculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur; in eos, tamquam *c* in ſpeculum, reliqui oculos conjiciunt, ex iiſque ſumunt quod imitentur. Quapropter ſic decet omnino Clericos in ſortem Domini vocatos, vitam moresque ſuos omnes componere, *d* ut habitu, geſtu, inceſſu, ſermone aliisque omnibus rebus nil niſi grave, moderatum ac religione plenum præ ſe ferant, levia etiam delicta, quæ in ipſis maxima eſſent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem. Cum igitur, quo majore in Eccleſia Dei & utilitate, & ornamento[...] ſunt, ita etiam dilige[...] ſint obſervanda; ſtatuit[...] cta Synodus, ut, quæ [...] à Summis Pontificibus [...] ſacris Conciliis de Cle[...] rum vita, honeſtate, [...] doctrinaque retinenda, [...] mul de luxu, comeſſat[...] bus, choreis, aleis, luſi[...] ac quibuscumque crimini[...] nec non ſæcularibus neg[...] fugiendis copioſe ac ſal[...] ter ſancita fuerunt, eade[...] poſterum iiſdem pœnis, [...] majoribus, arbitrio Ord[...] rii imponendis, obſer[...] tur; nec appellatio execu[...] nem hanc, quæ ad mo[...] correctionem pertinet, [...] ſpendat. Si qua vero ex h[...] deſuetudinem abiiſſe con[...] rerint; ea quamprimum [...] uſum revocari, & ab omn[...] accurate cuſtodiri, ſtudea[...] non obſtantibus conſuet[...] nibus quibuſcumque, ne [...] ditorum neglectæ emen[...] tionis ipſi condignas, [...] vindice, pœnas perſolvan[...]

CAPVT II.

Quinam ad cathedrales ecc[...] ſias aſſumendi.

QVicumque poſthac ad [...] cleſias cathedrales [...] aſſumendus, is non ſolum [...] talibus, ætate, moribus [...] vita ac aliis, quæ à ſa[...] *e* Canonibus requirunt[...] pl[...]

a *Infra Seſſ. ult. de ref. cap.* 1. b *c. His igitur. Diſt.* 23. c *Matth.* 5. *Tit.* 2. *c. Qualiter.* 17. *de accuſ. cap. Cleros,* 21. *Diſt.* d *Seſſ.* 14. *in proœmio: & Seſſ.* 24. *de refor. c.* 12. *tot. tit. de vi. & hon. cler. extra in* 6. *& Clem. c. Non oportet. in* 2. *de Conſ. Diſt* 5. *c. Cannum* 14. *q.* 4. *c. Credo* 21. *q.* 3. *Conc. Carthag.* 3. *c.* 15. *Conc. Calced. Can.* 3. *Conc. Arelat.* 2. *c.* 14. 1. *Conc. Matiſcon. ca*[...] *&* 2. *Nicæ. c.* 16. *&* 4. *Ca*[...] *cap.* 44. *& ſeqq* e *c. Cum cunctis, & c. Cum nobis,* [...] *elec. cap. Grave nimis, de pr*[...] *& infra Seſſ.* 24. *cap.* 1. *de* [...] *form. Conc. Sardicen c.* 13. *Co*[...] *Rom. ſub Nicol* I. *verſ. Vt n*[...] *lus laicus. Conc. Braccaren.* [...] *cap.* 20. *c. De Syracuſanæ,* [...] *Diſt. &* 61. *Diſt. per tota*[...] *Supr. Seſſ.* 7. *cap.* 1. *de refor*[...]

ſit præditus, verum in ſacro Ordine antea, n ſex menſium ſpatio, itutus, quarum rerum nctio, ſi ejus notitia nulla ecens in Curia fuerit, à Apoſtolicæ Legatis, ſeu iis provinciarum, aut Ordinario, eoque defi- e, à vicinioribus Ordina- ſumatur. Scientia vero er hæc ejusmodi polleat, uneris ſibi injungendi ne- ati poſſit ſatisfacere. Id- e antea in *a* Vniverſitate iorum Magiſter, ſive Do- , aut Licentiatus in ſacra logia, vel jure Canonico, to ſit promotus, aut pu- alicujus Academiæ te- onio idoneus ad alios do- os oſtendatur. Quod ſi ularis fuerit, à Superiori- ſuæ religionis ſimilem fi- habeat. Prædicti autem es, unde inſtructio ſeu te- atio erit ſumenda, hæc iter & gratis referre te- tur: alioquin eorum con- ntias graviter oneratas eſ- cient: ac Deum & Supe- es ſuos habebunt ultores.

CAPVT III.

nda diſtributiones quotidia- æ ex tertia parte quorum- mque fructuum: portio ab- ntium quibus cedat: certi ſus excepti.

Piſcopi, etiam tamquam delegati Apoſtolici, ex fru- bus & proventibus quibus- nque omnium dignita- n, perſonatuum, & Officio- n, in eccleſiis cathedrali- vel collegiatis exſiſten- tium, *b* tertiam partem in diſtributiones, eorum arbitrio aſſignandas, dividere poſſint: ut ſcilicet, qui eas obtinent, ſi perſonaliter competens ſibi ſervitium, juxta formam ab eiſdem Epiſcopis præſcribendam, quolibet die ſtatuto non impleverint: illius diei diſtributionem amittant, nec ejus quoquo modo dominium acquirant, ſed fabricæ eccleſiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Ordinarii applicetur. *c* Creſcente vero contumacia, contra eos juxta ſacrorum Canonum conſtitutiones procedant. Quod ſi alicui ex prædictis dignitaribus in eccleſiis cathedralibus vel collegiatis, de jure, ſeu conſuetudine, juriſdictio, adminiſtratio vel Officium non competat: ſed extra civitatem in diœceſi *d* cura animarum immineat, cui is, qui dignitatem obtinet, incumbere voluerit: tunc pro tempore, quo in curata eccleſia reſederit ac miniſtraverit, tamquam præſens ſit, ac divinis interſit, in eccleſiis cathedralibus ac collegiatis habeatur. Hæc in iis tantum eccleſiis conſtituta intelligantur, in quibus nulla eſt conſuetudo, vel ſtatutum, ut dictæ dignitates non ſervientes aliquid amittant, quod ad tertiam partem dictorum fructuum & proventuum adſcendat: non obſtantibus conſuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus & conſtitutionibus, etiam juramento, & quavis auctoritate firmatis.

Vide Conſt. Pii V. Quam- . 1568. b *Supra Seſſ.* 21. *de cap.* 4. c *Toto tit. de cler. non reſid. &c. Cum ex eo, de elect. in* 6. d *Vide Conſt.* 65. *Pii* V. Cupientes.

CAPVT IV.

In quacumque cathedrali vel collegiata, Majoribus necdum initiati, vocem in Capitulo non habeant: quid præſtare teneantur ad eas promoti; quive deinceps promovendi.

QVicumque in cathedrali, vel collegiata, ſæculari, vel regulari eccleſia divinis mancipatus officiis, in Subdiaconatus Ordine ſaltem conſtitutus non ſit: vocem in hujuſmodi eccleſiis in Capitulo non habeat, etiamſi hoc ſibi ab aliis libere fuerit conceſſum. Ii vero qui dignitates, perſonatus, officia, præbendas, portiones, ac quælibet alia beneficia in dictis eccleſiis obtinent, aut in poſterum obtinebunt, quibus onera varia ſunt annexa, videlicet, aut alii Miſſas, alii Euangelium, alii Epiſtolas dicant, ſeu cantent: quocumque ii privilegio, exemptione, prærogativa, generis nobilitate ſint inſigniti, teneantur, juſto impedimento ceſſante, *a* infra annum Ordines ſuſcipere requiſitos: alioquin pœnas incurrant, juxta conſtitutionem Concilii Viennenſis, *b* quæ incipit, Vt ii qui quam præſenti decreto innovat, coganturque Epiſcopi eos diebus ſtatutis dictos Ordines per ſeipſos e exercere, ac cetera omnia officia, quæ debent in cultu divino præſtare, ſub eiſdem, & aliis, etiam gravioribus, pœnis, arbitrio eorum imponendis. Nec aliis in poſterum fiat proviſio, niſi iis, qui jam ætatem, & ceteras habilitates integre habere dignoſcantur: a… irrita ſit proviſio.

CAPVT V.

Diſpenſationes extra Cu… Epiſcopo committantur … ab eo examinentur.

DIſpenſationes, quac… que auctoritate co… dendæ; ſi extra Roman… Curiam committendæ er… committantur Ordinarii… lorum qui eas impetraver… eæ vero, quæ gratioſe co… dentur, ſuum non ſortia… effectum, niſi prius ab … dem, tamquam delegatis … poſtolicis, ſummarie tant… & extrajudicialiter cogno… tur, expreſſas preces ſu… ptionis vel obreptionis v… non ſubjacere.

CAPVT VI.

Circumſpecte commutandæ … tima voluntates.

IN commutationibus u… marum voluntatum, *d* q… non niſi ex juſta & neceſſa… cauſa fieri debent, Epiſco… tamquam delegati Sedis A… ſtolicæ, ſummarie & ext… judicialiter cognoſcant, ni… in precibus, tacita verit… vel ſuggeſta falſitate fu… narratum, priuſquam co… mutationes prædictæ exſec… tione demandentur.

CAPVT VII.

Innovatur cap. Romana … Appellationibus, in Sexto.

LEgati; & Nuntii Apoſt… lici, Patriarchæ, Prim… tes, & Metropolitani, in a… pellationibus ad eos interp… ſitis, in quibuſvis cauſis, ta… in admittendis appellation… bus, quam in concedendis i… hib…

a Iuxta c. Præterea. cum gloſ. de ætae. & qual. & c. Si is, de inſtit. in 6. b Vide infra XXIII. c Infra Seſſ. 2… c. 11. de reform. d Infra Seſſ. ult. de reform. cap. 4.

onibus poſt appellatio- ſervare teneantur for- & tenorem factarum itutionum; & præſer- Innocentii IV. quæ it, Romana; quacum- onſuetudine, etiam im- orabili, aut ſtylo, vel legio in contrarium non ntibus; aliter inhibitio- procesſus, & inde ſe- quæcumque, ſint ipſo nulla.

APVT VIII.

opi pias omnium diſpoſitio- conſequantur: quæcum- pia loca viſitent, dum- do non ſub immediata Re- protectione ſint.

iſcopi *b* etiam tamquam edis Apoſtolicæ delegati, ſibus à jure conceſſis om- n piarum diſpoſitionum, in ultima voluntate, n inter vivos, ſint exſe- res; habeant jus viſitan- oſpitalia, collegia quæ- que, ac *c* confraterni- laïcorum, etiam quas das, ſive quocumque a- nomine vocant, non ta- quæ ſub Regum imme- a protectione ſunt, ſine m licentia, eleëmoſynas atis Pietatis, ſive Chari- , & pia loca omnia, quo- ocumque nuncupentur, nſi prædictorum loco- cura ad laïcos pertineat, e eadem pia loca exem- nis privilegio ſint muni- ac omnia, quæ ad Dei m, aut animarum ſalu- , ſeu pauperes ſuſtentan- inſtituta ſunt, ipſi ex of- ſuo *d* juxta ſacrorum Canonum ſtatuta cognoſcant, & exequantur: non obſtantibus, quacumque conſuetudine, etiam immemorabili privilegio, aut ſtatuto.

CAPVT IX.

Adminiſtratores quorumcumque piorum locorum reddant rationem Ordinario, niſi aliter in fundatione ſit cautum.

Adminiſtratores, tam eccleſiaſtici, quam laïci, fabricæ cujuſvis Eccleſiæ, etiam cathedralis, *e* hoſpitalis, confraternitatis, eleemoſynæ Montis Pietatis, & *f* quorumcumque piorum locorum, ſingulis annis teneantur reddere rationem adminiſtrationis Ordinario: conſuetudinibus & privilegiis quibuſcumque in contrarium ſublatis: niſi ſecus forte in inſtitutione & ordinatione talis Eccleſiæ ſeu fabricæ expreſſe cautum eſſet. Quod ſi ex conſuetudine, aut privilegio, aut ex conſtitutione aliqua loci, aliis ad id deputatis ratio reddenda eſſet, tunc cum iis adhibeatur etiam Ordinarius: & aliter factæ liberationes dictis adminiſtratoribus minime ſuffragentur,

CAPVT X.

Notarii Epiſcoporum examini & judicio ſubjaceant.

Cum ex notariorum imperitia plurima damna, & multarum occaſio litium oriatur; poſſit Epiſcopus quoſcumque notarios, etiamſi Apoſtolica, Imperiali aut Regia

In Concilio Lugdun. Vi- nfra XXIV. b *Clement. contingit, de relig. dom. ide Conſt. Clement.* VIII. æcumque 1504. d *c. Nos em. c. Si hæredes, c. Tua, & c. Joannes, de Teſtament.* e *Supra Seſſ. 7. cap. ult. de reform.* f *Clem. Quia contingit. §. Ut autem præmiſſa. de reliq. domib. Infra Seſſ. 25. cap. 8. de reform.*

Regia auctoritate creati fuerint, etiam tamquam delegatus Sedis Apoſtolicæ; examinatione adhibita eorum ſufficientiam ſcrutari: illiſque non idoneis repertis, aut quandocumque in officio delinquentibus, officii ejus in negotiis, litibus, & cauſis eccleſiaſticis ac ſpiritualibus exercendi uſum perpetuo, aut ad tempus prohibere, neque eorum appellatio interdictionem Ordinarii ſuſpendat.

CAPUT XI.

Bonorum cujuscumque Eccleſiæ, aut pii loci occupatores puniuntur.

SI *a* quem Clericorum, vel laicorum, quacumque is dignitate, etiam imperiali, aut regali, præfulgeat, in tantum malorum *b* omnium radix cupiditas occupaverit, ut alicujus Eccleſiæ, ſeu cujuſvis ſæcularis vel regularis beneficii, Montium Pietatis, aliorumque piorum locorum juriſdictiones, bona, cenſus ac jura, etiam feudalia, & emphyteutica, fructus, emolumenta, ſeu quaſcumque obventiones, quæ in miniſtrorum & pauperum neceſſitates converti debent, per ſe, vel alios vi vel timore incuſſo, ſeu etiam per ſuppoſitas perſonas Clericorum, aut laicorum, ſeu quacumque arte, aut quocumque quæſito colore in proprios uſus convertere, illoſque uſurpare præſumpſerit, ſeu impedire, ne ab iis, ad quos jure pertinent, percipiantur; is *c* anath
tamdiu ſubjaceat, qu
juriſdictiones, bona, res
fructus, & redditus, qu
cupaverit, vel quia a
quomodocumque, etia
donatione ſuppoſitæ per
pervenerint, Eccleſiæ, ej
adminiſtratori, ſive ben
to integre reſtituerit; a
inde à Romano Pontific
ſolutionem obtinuerit.
ſi ejuſdem Eccleſiæ pat
fuerit, etiam jure patro
ultra prædictas pœna
ipſo privatus exſiſtat.
cus vero, qui nefandæ fr
& uſurpationis hujuſmo
bricator ſeu conſentiens
rit: eiſdem pœnis ſubja
nec non quibuſcumque b
ficiis privatus ſit, & ad
cumque alia beneficia in
lis efficiatur; & à ſuorum
dinum exſecutione, etiam
integram ſatisfactionem
abſolutionem, ſui Ordi
arbitrio ſuſpendatur.

Decretum ſuper petitione
ceſſionis Calicis.

INſuper, *d* cum eaden
croſancta Synodus ſupe
ri Seſſione duos articu
alias propoſitos, & tum
dum diſcuſſos, videlicet
rationes, quibus S. Catho
Eccleſia adducta fuit, ut c
municaret laicos, atque et
non celebrantes ſacerdo
ſub una panis ſpecie, ita
retinendæ, ut nulla rati
Calicis uſus cuiquam ſit
mittendus: &, An, ſi h
ſtis, & Chriſtianæ chari
conſentaneis rationibus c
cec

a *Conc. 5. Aurelian. c. 13. & ſeqq. Conc. Triburienſ. 1. cap. 7. Conc. Aurelian. 3. c. 17. Conc. Turonen. 2. cap. 25. Conc. Maguntien. ſub Leone* IV. *cap. 6. & 11. Conc. Aquisgranen. ſub Steph.* V. *cap. 88. Conc. Later. ſub Leone* X. *Seſſ. 9. &*
c. Prædia, cum ſeq. 12.
b 1 *Timoth. 6.* c *Vide Bul*
Cœnæ, clauſula 17. d *S*
Seſſ. 21. Can. 4. & Seſſ. 13.
decr. prorog.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

...lus alicui vel nationi ...gno Calicis uſus videa- ...ub aliquibus conditio- ...concedendus ſit, & quæ- ...llæ ſint, in aliud tem- ...blata ſibi occaſione exa- ...ndos, atque deficiendos ...averit; nunc, eorum, ...uibus petitur, ſaluti op- ...conſultum volens, de- ...t, integrum negotium ...nctiſſimum Dominum ...um eſſe referendum, ... præſenti decreto re- ... qui pro ſua ſingulari ...entia id efficiat, quod utile Reip. Chriſtianæ, & ſalutare petentibus uſum Calicis, fore judicaverit.

Indictio futuræ Seſſionis.

Inſuper eadem ſacroſancta Tridentina Synodus diem futuræ Seſſionis ad feriam quintam poſt octavam feſtivitatis omnium Sanctorum, quæ erit dies XII menſis Novemb. indicit; & in ea decernetur de Sacramento Ordinis, & de Sacramento Matrimonii, &c.

Prorogata fuit Seſſio uſque ad diem XV. *Iulii*, M D LXIII.

SESSIO XXIII,

Quæ eſt ſeptima
...VB PIO IV, PONT. MAX.
CELEBRATA
DIE XV. IVLII M D LXIII.

...& Catholica doctrina de Sacramento Ordinis, ad condem-...andos errores noſtri temporis, a ſancta Synodo Tridentina de-...eta, & publicata Seſſione ſeptima.

CAPVT I.
...e inſtitutione ſacerdotii Novæ Legis.

...Acrificium, & ſacerdo-...tium ita Dei Ordinatione ...conjuncta ſunt, *a* ut u-...nque in omni lege exſti-...t. Cum igitur in novo Te-...mento ſanctum Euchari-... ſacrificium viſibile ex ...mini inſtitutione Catholi-... Eccleſia acceperit; *b* fateri ...am oportet, in ea novum ... viſibile & externum ſa-...dotium, in quod vetus ...nſlatum eſt. hoc autem ab ...dem Domino Salvatore no-...o inſtitutum eſſe, atque A-...toſtolis, eorumque ſucceſſori-...s in ſacerdotio, poteſtatem traditam conſecrandi, offerendi, *c* & miniſtrandi corpus & ſanguinem ejus, nec non & peccata dimittendi & retinendi, ſacræ Litteræ oſtendunt, & Catholicæ Eccleſiæ traditio ſemper docuit.

CAPVT II.
De ſeptem Ordinibus.

CVm autem divina res ſit tam ſancti ſacerdotii miniſterium; conſentaneum fuit, quo dignius & majori cum veneratione exerceri poſſet, ut in Eccleſiæ ordinatiſſima diſpoſitione *d* plures & diverſi eſſent miniſtrorum ordines, qui ſacerdotio ex officio deſervirent; ita diſtributi, ut,

*a Cyprian. lib.*1. *adverſ. Iu-...os.* b *Hebr.*7. c *Matt.*16. *Marci* 14. *Lucæ* 22. *Ioan.* 20. d *Inf.Can.*2. *& cap.*17. *de ref.*

ut, qui jam clericali Tonſura inſigniti eſſent, per minores ad majores adſcenderent: nam non ſolum de ſacerdotibus, *a* ſed & de Diaconis ſacræ Litteræ apertam mentionem faciunt; & quæ maxime in illorum ordinatione attendenda ſunt, graviſſimis verbis docent; & ab ipſo Eccleſiæ initio ſequentium Ordinum nomina, atque uniuſcujuſque eorum propria miniſteria, Subdiaconi ſcilicet, Acolythi, Exorciſtæ, Lectoris, & Oſtiarii in uſu fuiſſe cognoſcuntur, quamvis non pari gradu. nam Subdiaconatus ad majores ordines *b* à Patribus, & *c* ſacris Conciliis refertur, in quibus & de aliis inferioribus frequentiſſime legimus.

CAPVT III.

Ordinem vere eſſe Sacramentum.

CVm Scripturæ teſtimonio, Apoſtolica traditione, & Patrum unanimi conſenſu perſpicuum ſit, per ſacram ordinationem, quæ verbis & ſignis exterioribus perficitur, gratiam conferri; dubitare nemo debet, Ordinem eſſe vere & proprie unum ex ſeptem ſanctæ Eccleſiæ Sacramentis. inquit enim Apoſtolus: *d* Admoneo te, ut reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te, per impoſitionem manuum mearum, *e* non enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris, ſed virtuti
dilectionis, & ſobrietatis.

CAPVT IV.

De Eccleſiaſtica hierarch
& ordinatione.

QVoniam vero in Sa
mento *f* Ordinis ſic
in Baptiſmo, & Confirma
ne, character imprimit
qui nec deleri nec auferri
teſt, merito ſancta Syno
damnat eorum ſententia
qui aſſerunt, novi Teſtam
ti ſacerdotes temporari
tantummodo poteſtatem
bere; & ſemel rite ordi
tos, iterum laïcos effici po
ſi verbi Dei miniſterium
exerceant. Quod ſi quis o
nes Chriſtianos promiſc
novi Teſtamenti ſacerdo
eſſe, aut omnes pari inte
poteſtate ſpirituali prædi
affirmet; nihil aliud fac
videtur, quam eccleſiaſtica
hierarchiam, quæ *g* eſt ut c
ſtrorum acies ordinata, co
fundere; perinde ac ſi co
tra beati Pauli *h* doctrina
omnes Apoſtoli, omnes Pr
phetæ, omnes Evangeliſt
omnes Paſtores, omnes ſi
Doctores. Proinde ſacroſa
cta Synodus declarat, præ
ter ceteros eccleſiaſticos gr
dus, Epiſcopos, qui in Apo
ſtolorum locum ſucceſſerun
ad hunc hierarchicum ord
nem præcipue pertinere;
poſitos, *i* ſicut idem Apoſto
lus ait, à Spiritu ſancto, re
gere Eccleſiam Dei; *k* eoſqu

Pres

a 1 *Tim.* 3. *& Act.* 21. b *Ignatius epiſt. ad Antioch. Tertullian. de Præſcript. lib.* 1. *c.* 41. *Cyprian. epiſt.* 55. c *Concil. Rom.* 3. *ſub Silveſt. Eliberit. c.* 33. *Carthag.* 4. *c.* 5. *& ſeqq. c. Nullus. ult.* 60. *Diſt. c. Si quis eorum; c. Erubeſcant, & c. Nemo. Diſt.* 32. *c. Amultis, de æt. & qual. & c. Miramur, de ſer. non ord.* d 2 *Tim.* 1. *b.* 1 *Tim.* 4. *d.* e 2 *Tim.* 1. *b.* f *Supra Seſſ.* 7. *de Sacr. in genere. Can.* 9. *& inf. Can.* 4. g *Can.* 6. h 1 *Cor.* 11. *Epheſ.* 4. *c. Cum ex injuncto, de hæred.* i *Act.* 10. k *Cæleſt.* 1 *epiſt. ad Epiſc. Gall. cap.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

...teris ſuperiores eſſe ; ...acramentum Confirma... conferre ; miniſtros ...iæ ordinare ; atque alia ...ue peragere ipſos poſ... ...arum functionum po... ...m reliqui inferioris or... ...nullam habent. Docet ...t ſacroſancta Synodus, ...inatione Epiſcoporum, ...otum , & ceterorum ...um , *b* nec populi , nec ...is ſæcularis poteſtatis, ...giſtratus conſenſum , ſi... ...cationem , ſive auctori... ... ita requiri , ut ſine ea ...ſit ordinatio : quin po... ...ecernit , eos , qui tan... ...odo à populo , aut ſæ... ... poteſtate ac magiſtra-tu vocati & inſtituti , ad hæc miniſteria exercenda adſcendunt , & qui ea propria temeritate ſibi ſumunt , omnes non Eccleſiæ miniſtros , *c* ſed fures , & latrones , per oſtium non ingreſſos , habendos eſſe. Hæc ſunt , quæ generatim ſacræ Synodo viſum eſt Chriſti fideles de Sacramento Ordinis docere. His autem contraria , certis & propriis Canonibus in hunc , qui ſequitur , modum damnare conſtituit ; ut omnes adjuvante Chriſto , fidei regula utentes, in tot errorum tenebris Catholicam veritatem facilius agnoſcere & tenere poſſint.

De SACRAMENTO *Ordinis.*

CANON I.

...uis dixerit , *d* non eſſe ...vo Teſtamento ſacerdo...ſu viſibile & externum ; ...on eſſe poteſtatem ali... ...conſecrandi & offeren... ...rum corpus & ſangui... ...Domini , *e* & peccata ...ttendi & retinendi ; ſed ...um tantum , & nudum ...terium prædicandi Eu... ...tum ; vel eos , qui non ...icant , prorſus non eſſe ...dotes ; anathema ſit.

CANON II.

...uis dixerit , præter ſa...tium *f* non eſſe in Ec... Catholica alios Ordi... & majores & minores, ...quos , velut per gradus, ...dam , in ſacerdotium ...datur ; anathema ſit.

CANON III.

h Si quis dixerit , Ordinem, ſive ſacram ordinationem , non eſſe vere & proprie Sacramentum , â Chriſto Domino inſtitutum , vel eſſe figmentum quoddam humanum , excogitatum à viris rerum eccleſiaſticarum imperitis ; aut eſſe tantum ritum quemdam eligendi miniſtros verbi Dei , & Sacramentorum ; anathema ſit.

CANON IV.

Si quis dixerit , per ſacram ordinationem non dari ſpiritum ſanctum ; ac proinde fruſtra Epiſcopos dicere, Accipe Spiritum ſanctum ; aut per eam non imprimi characterem ; vel eum , qui ſacerdos ſemel fuit , *i* laïcum rurſus fieri poſſe ; anathema ſit.

... *Supra Seſſ. 7. de Confirm.* ...3. *Conc. Hiſpal, 2. c. 5. 7.* ...*ibi.* b *Laodicen. Conc.* ...13. c *Ioan. 10. c. Ordi*...*nes. 1. q. 1. & c. Rela*...*, de jure patr.* d *Supra* ...*1. de hoc Sacramento.*
e *Matth. 16. c. Manet, cum ſeq. 24. q. 1.* f *c. In ſingulis, cum ſeq. Diſt. 77. Supra cap. 2. de hoc Sacramento.*
g *Infra de reformat. cap. 13.*
h *Supra cap. 1. de hoc Sacram.*
i *Concil. Tolet. 8. cap. 7.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

CANON V.

Si quis dixerit, ſacram Vnctionem, qua Eccleſia in ſancta ordinatione utitur, non tantum non requiri, ſed contemnendam & pernicioſam eſſe, ſimiliter & alias Ordinis cæremonias; anathema ſit.

CANON VI.

Si quis dixerit, in Eccleſia Catholica non eſſe hierarchiam divina ordinatione inſtitutam, quæ conſtat ex Epiſcopis, Presbyteris, & miniſtris; anathema ſit.

CANON VII.

Si quis dixerit, Epiſcopos non eſſe Presbyteros ſuperiores, vel non habere poteſtatem confirmandi & ordinandi; vel eam, quam habent, illis eſſe cum Presbyteris communem; vel Ordines ab ipſis collatos ſine populi vel poteſtatis ſæcularis conſenſu, aut vocatione, irritos eſſe; aut eos, qui nec ab eccleſiaſtica & canonica poteſtate rite ordinati, nec miſſi ſunt, ſed aliunde veniunt, legitimos eſſe verbi & Sacramentorum miniſtros; anathema ſit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, Epiſcopos, qui auctoritate Romani Pontificis aſſumuntur, non eſſe legitimos & veros Epiſcopos, ſed figmentum humanum; anathema ſit.

Decretum de Reformatione.

EAdem ſacroſancta Tridentina Synodus, reformationis materiam proſequens, hæc, quæ ſequu[...]
in præſenti decernend[...]
ſtatuit & decernit.

CAPVT I.

Rectorum Eccleſiarum i[...] dendo negligentia vari[...] cetur; animarum cur[...] videtur.

CVm *a* præcepto d[...]
mandatum ſit omn[...]
quibus animarum cura [...]
miſſa eſt, oves ſuas [...]
ſcere, pro his ſacrificiu[...]
ferre: verbique divini p[...]
catione, Sacramentoru[...]
miniſtratione, ac *b* bon[...]
omnium operum exe[...]
paſcere, pauperum alia[...]
que miſerabilium per[...]
rum curam paternam g[...]
& in cetera munia paſto[...]
incumbere; quæ omni[...]
quaquam ab iis præſta[...]
impleri poſſunt, qui [...]
ſuo non invigilant neque[...]
ſtunt, ſed *c* mercenari[...]
more deſerunt: ſacroſ[...]
Synodus eos admonet &[...]
tatur, ut divinorum p[...]
ptorum memores, fac[...]
d forma gregis, in judic[...]
veritate paſcant & reg[...]
Ne vero ea quæ de reſid[...]
ſancte & utiliter jam *e* [...]
ſub fel. rec. Paulo III. ſa[...]
fuerunt, in ſenſus à [...]
ſanctæ Synodi mente al[...]
trahantur, ac ſi vigore [...]
decreti quinque me[...]
continuis abeſſe liceat; [...]
inhærendo, declarat ſ[...]
ſancta Synodus, *f* o[...]
Patriarchalibus, Prima[...]
bus, Metropolitanis ac c[...]
dralibus Eccleſiis quibuſ[...]
que, quocumque nomi[...]

a *Ioann.* 21. *Actor.* 20. b *c. Epheſ.* 4. 3. *Diſt. c. Sicut* 7. *q. c. Qui Epiſcopatum* 8. *q.* 1. *c. Præcipue* 11. *q.* 3. *c. Gloria Epiſcopi* 12. *q.* 2. c *Ioan.* 10.

d 1 *Petr.* 5. 2. e *Sup. S*[...] *de reform. cap.* 1. f *Vide* [...] *lam Pii* IV. *anno* 156[...] Suprema.

præfectos, etiam ſi ſan-
omanæ Eccleſiæ Cardi-
ſint, obligari ad perſo
in ſua Eccleſia vel
eſi reſidentiam, ubi in-
ſibi officio defungi te-
ur; neque abeſſe poſſe,
x cauſis & modis infra
is. *a* Nam cum Chriſtia
aritas, urgens neceſſitas,
obedientia, ac evidens
ſiæ vel Reip. utilitas ali-
nonnumquam abeſſe po-
nt & exigant; decernit
n ſacroſancta Synodus,
egitimæ abſentiæ cauſas
tiſſimo Romano Pontifi-
ent à Metropolitano, vel,
ſente, Suffraganeo Epi-
o antiquiori reſidente,
dem Metropolitani ab-
m probare debebit, in
tis eſſe approbandas; niſi
abſentia inciderit pro-
aliquod munus, & Reip.
um, Epiſcopatibus ad-
um: cujus quoniam cau-
nt notoriæ, & interdum
tinæ ne eas quidem ſi-
cari Metropolitano ne-
erit: ad eumdem tamen
Concilio provinciali ſpe
t judicare de licentiis à
l à Suffraganeo datis; &
re, ne quis eo jure abuta-
; & ut pœnis canonicis
ntes puniantur. *b* Interea
inerint diſceſſuri, ita o-
s ſuis providendum, ut,
tum fieri poterit, ex ip-
m abſentia nullum dam-
accipiant. Quoniam au-
qui aliquantiſper tantum
nt, ex veterum Canonum
entia non videntur abeſ-
ſe, quia ſtatim reverſuri ſunt: ſacroſancta Synodus vult, illud abſentiæ ſpatium ſingulis annis, ſive continuum, ſive interruptum, extra prædictas cauſas, nullo pacto debere duos, aut ad ſummum tres menſes excedere: & haberi rationem, ut id æqua ex cauſa fiat, & abſque ullo gregis detrimento: quod an ita ſit, abſcedentium conſcientiæ relinquit, quam ſperat religioſam & timoratam fore, *c* cum Deo corda pateant, *d* cujus opus non fraudulenter agere, ſuo periculo tenentur. Eoſdem interim admonet, & in Domino hortatur, *e* ne per illius temporis ſpatium, Dominici Adventus, Quadrageſimæ, Nativitatis, Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes item, & Corporis Chriſti diebus, quibus refici maxime, & in Domino gaudere Paſtoris præſentia oves debeant, ipſi ab Eccleſia ſua cathedrali ullo pacto abſint, niſi Epiſcopalia munia in ſua diœceſi eos alio vocent.

Si quis autem, quod utinam numquam eveniat, contra hujus decreti diſpoſitionem abfuerit; ſtatuit ſacroſancta Synodus, præter alias pœnas adverſus non reſidentes, ſub *f* Paulo III. impoſitas & innovatas, ac mortalis peccati reatum, quem incurrit, eum pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos non facere, nec tuta conſcientia, alia etiam declaratione non ſecuta, illos ſibi detinere poſſe; ſed

c. *De cetero.* c. *Inter qua-*
. c. *Tuæ.* & c. *Relatum.*
eric. non reſid. c. *Ad ſup-*
tionem, de renunt. c. *Quo-*
am. 74. *Diſt.* c. *Præſen-*
7. q. 2. & c. *Poſtulaſtis,*
oto. b c. *Cum ex eo, de*
, in 6, c. *Beneficium, de*
reg. eod. & c. 2. *in fin. ſupra Seſſ.* 6. *de refor. Sardicen. Conc.* c. 14. c *Pſal.* 7. d *Ierem.* 48. e c. *Si quis in clero,* 7. q. 1. *ex Concil. Agath.* f *Sup. Seſſ.* 6. *de refor. cap.* 2. c. 7. c. *Conquerente,* & *fere per totum de cler. non reſiden.*

dentinæ hujus Synodi decreta requiruntur. Quoniam vero in ſumendo de prædictis omnibus qualitatibus gravi, idoneoque bonorum & doctorum virorum teſtimonio, non uniformis ratio ubique ex nationum, populorum ac morum varietate poteſt adhiberi; *a* mandat ſancta Synodus, ut in provinciali Synodo per Metropolitanum habenda præſcribantur quibuſque locis & provinciis propria examinis, ſeu inquiſitionis, aut inſtructionis faciendæ forma, Sanctiſſimi Romani Pontificis arbitrio approbanda, quæ magis eiſdem locis utilis atque opportuna eſſe videbitur; ita tamen, ut, cum deinde hoc examen, ſeu inquiſitio de perſona promovenda perfecta fuerit; ea in inſtrumentum publicum redacta, cum toto teſtimonio *b* ac profeſſione fidei ab eo facta, quamprimum ad Sanctiſſimum Romanum Pontificem omnino transmittatur: ut ipſe Summus Pontifex plena totius negotii, ac perſonarum notitia habita, pro gregis Dominici commodo de illis, ſi idonei per examen ſeu per inquiſitionem factam reperti fuerint, eccleſiis poſſit utilius providere. Omnes vero inquiſitiones, informationes, teſtimonia ac probationes, quæcumque de promovendis qualitatibus, & eccleſiæ ſtatu, à quibuſcumque, etiam in Romana Curia, habitæ, per Cardinalem, qui relationem facturus erit in Conſiſtorio, & alios tres Cardinales diligenter examinentur; ac relatio ipſa Cardinalis relatoris, & trium Car-

dinalium ſubſcriptione
retur: in qua ipſi ſingul
tuor Cardinales affirmen
adhibita accurata dilige
inveniſſe promovendos
litatibus à jure, & ab
c ſancta Synodo requi
præditos; ac certo exiſt
re ſub periculo ſalutis
næ idoneos eſſe, qui e
ſiis præficiantur: ita u
latione in uno Conſiſ
facta, quo maturius in
de ipſa inquiſitione cog
poſſit, in aliud Conſiſto
judicium differatur; ni
liud Beatiſſimo Pontifici
debitur expedire. Ea vero
nia & ſingula, quæ de Epi
porum præficiendorum
ætate, doctrina & ceteris
litatibus alias in eadem
nodo conſtituta ſunt, de
nit eadem, etiam in *d* c
tione ſanctæ Romanæ Ec
ſiæ Cardinalium, etiam
Diaconi ſint, exigenda;
Sanctiſſimus Romanus P
tifex ex omnibus Chriſti
tatis nationibus, quan
commode fieri poterit,
ut idoneos repererit, a
met. Poſtremo, eadem
cta Synodus, tot graviſſi
Eccleſiæ incommodis co
mota, non poteſt non co
memorare, nihil magis
cleſiæ Dei eſſe neceſſariu
quam ut Beatiſſimus Ro
nus Pontifex, quam ſolici
dinem univerſæ Eccleſiæ
muneris ſui officio debe
eam hic potiſſimum imp
dat, ut lectiſſimos tantum
bi Cardinales adſciſcat;
bonos maxime atque idon
Paſtores ſingulis eccle
præficiat; idque eo mag
quod ovium Chriſti ſang
ne

a *Præſcribitur alia forma in Bulla Gregorii* XIV. *anni* 1590. *quæ incipit* Unus. b *Vide infra* XL. c *In dictis locis.* d *Quid in creatione* [Car]*dinalium obſervandum*, [v]*in Conſtit. Sixti* V. *Poſtqua*[m] 1586. & Religioſa. 1587.

uæ ex malo negligen- ſui officii immemo- torum regimine peri- Dominus noſter Jeſus *a* de manibus ejus iſiturus.

APVT II.

Provinciales, quolibet io: Diœceſanæ quot- celebrentur: qui eas , quive illis intereſſe at.

ncialia Concilia, ſic- miſſa ſunt, pro mo- moribus, corrigen- ſſibus, controverſiis endis, *b* aliiſque ex anonibus *c* permiſſis tur. Quare Metropo- r ſe ipſos, ſeu, illis impeditis, Coëpi- ntiquior intra annum us à fine præſentis , & deinde *d* quoli- m triennio poſt octa- ſchæ Reſurrectionis noſtri Jeſu Chriſti, commodiori tempore re provinciæ, non ittat Synodum in a ſua cogere: quo omnes, & alii, qui vel conſuetudine in- ebent, exceptis iis, rum imminenti peri- ansfretandum eſſet, re omnino teneantur. ſcopi comprovincia- extu cujuſlibet con- is ad Metropolita- cleſiam in poſterum inviti compellan- tur. Itidem Epiſcopi, qui nulli Archiepiſcopo ſubjiciuntur, aliquem vicinum Metropolitanum ſemel eligant; in cujus Synodo provinciali cum aliis intereſſe debeant; & quæ ibi ordinata fuerint, obſervent, ac obſervari faciant. In reliquis omnibus eorum exemptio, & privilegia ſalva atque integra maneant. *e* Synodi quoque diœceſanæ quotannis celebrentur: ad quos exempti etiam omnes, qui alias, ceſſante exemptione, intereſſe deberent, nec capitulis generalibus ſubduntur, accedere teneantur; ratione tamen parochialium, aut aliarum ſæcularium, eccleſiarum, etiam annexarum, debeant ii, qui illarum curam gerunt, quicumque illi ſint, Synodo intereſſe. Quod ſi in his tam Metropolitani, quam Epiſcopi, & alii ſupraſcripti negligentes fuerint: pœnas, ſacris *f* Canonibus ſancitas, incurrant.

CAPVT III.

Qua ratione viſitatio per Prælatos facienda.

PAtriarchæ, Primates, Metropolitani, & Epiſcopi propriam diœceſim per ſe ipſos, *g* aut, ſi legitime impediti fuerint, per ſuum generalem Vicarium, aut Viſitatorem, ſi quotannis totam, propter ejus latitudinem, viſitare non poterunt, ſaltem majorem ejus partem; ita tamen,

ch. 3. & 18. Actor. Epheſ. 43. Diſt. Supra e reform. cap. 1. b *c. eccleſiaſticas, cum ſeq. . c. Sicut olim. de accu- cil. Aurelian. 2. c 1. c. 22.* d *Conc. Later. c X. Seſſ. 10. in c. La- nnoc. III. c. 6. exige-batur ut ſingulis annis Metropolitanus viſitaret.* e *Conc. Baſil. Seſſ. 15. Tolet. ſub Sixto IV. c. 1.* f *Diſt. 18. fere per totam. Concil. Aurel 5. c. 28. Tarracon. 1. c. 5. Tolet. 11. c. 25. & Baſil. Seſſ. 8.* g *Conc. Tolet. 4. c. 35. c. Epiſcopum, 10. q. 1.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

men, ut tota biennio per ſe vel Viſitatores ſuos compleatur, viſitare non prætermittant. A Metropolitanis vero, etiam poſt plene viſitatam propriam diœceſim, non viſitentur Cathedrales eccleſiæ, neque diœceſes ſuorum comprovincialium, niſi cauſa cognita & probata in Concilio provinciali: Archidiaconi autem, Decani, & alii inferiores in iis eccleſiis, ubi hactenus viſitationem exercere legitime conſueverunt, debeant quidem, aſſumpto notario, de conſenſu Epiſcopi deinceps per ſeipſos tantum ibidem viſitare. Viſitatores etiam à Capitulo deputandi, ubi Capitulum jus viſitandi habet, prius ab Epiſcopo approbentur: ſed non ideo Epiſcopus, vel, eo impedito, ejus viſitator eaſdem eccleſias ſeorſum ab his viſitare prohibeatur; cui ipſi Archidiaconi, vel alii inferiores, viſitationis factæ infra menſem rationem reddere, & depoſitiones teſtium ac integra acta ei exhibere teneantur: non obſtantibus quacumque conſuetudine, etiam immemorabili, atque exemptionibus & privilegiis quibuſcumque. Viſitationum autem omnium iſtarum *a* præcipuus ſit ſcopus, ſanam orthodoxamque doctrinam, expulſis hæreſibus inducere, bonos mores tueri, pravos corrigere; populum cohortationibus & admonitionibus ad religionem, pacem innocentiamque accendere; cetera, prout locus, tempus & occaſio feret, ex viſitantium prudentia ad fi-

delium fructum conſti[...] Quæ ut facilius felici[...] ſuccedant, monentur [...] dicti omnes & ſinguli [...] quos viſitatio ſpectat, [...] terna charitate Chriſ[...] que zelo omnes ampl[...] tur: ideoque modeſto [...] tenti equitatu famulat[...] ſtudeant quam celerrim[...] bita tamen cum diligen[...] ſitationem ipſam abſo[...] Interimque caveant, [...] utilibus ſumptibus *b* cui[...] graves oneroſive ſint: [...] ipſi, aut quiſquam ſu[...] quicquam procurationi[...] ſa pro viſitatione, etia[...] ſtamentorum ad pios [...] præter id quod ex relicti[...] jure debetur, aut alio [...] vis nomine: nec pecun[...] nec munus, quodcumq[...] etiam qualitercumque [...] ratur, accipiant: non [...] ſtante quacumque conſ[...] dine, etiam immemor[...] *c* exceptis tamen victua[...] quæ ſibi ac ſuis frug[...] moderateque pro tem[...] tantum neceſſitate, & [...] ultra, erunt miniſtranda [...] tamen in optione eorum [...] viſitantur, ſi malint ſo[...] id quod erat ab ipſis [...] ſolvi, certa pecunia ta[...] conſuetum: an vero præ[...] victualia ſubminiſtrare [...] vo item jure conventio[...] antiquarum cum monaſt[...] aliiſve piis locis, aut e[...] ſiis non parochialibus i[...] quod illæſum permaneat [...] iis vero locis ſeu provi[...] ubi conſuetudo eſt, ut ne [...] ctualia, nec pecunia [...] quidquam aliud à viſi[...] ribus accipiatur, ſed o[...]

g

a c. 1. §. *Sane*, *de cenſ. in* 6. *c. unic.* 85. *Diſt.* b *Concil. Braccaren.* 2. *c.* 1. *& Ticinen. verſ. Statuimus etiam ne Epiſcopi. c. Cavendum, c. Placuit, & c. inter cetera* [...] *q* 3. *& c. Cum Apoſtolu*[...] *cenſi.* c *c. Si Epiſcopus* [...] *offic. ord. in* 6.

tis fiant, ibi id obſerve-
. Quod ſi quiſquam, quod
it, aliquid amplius in ſu-
dictis omnibus caſibus ac-
ere præſumpſerit; is, præ-
dupli reſtitutionem, intra
nſem faciendam, aliis et-
i pœnis juxta Conſtitutio-
n Concilii generalis Lug-
enſis, quæ incipit, *a* Exi-
; nec non & aliis pœnis in
odo provinciali arbitrio
odi, abſque ulla ſpe ve-
, multetur. Patroni vero
iis quæ ad Sacramentorum
miniſtrationem ſpectant,
latenus ſe præſumant in-
ere; neque viſitationi or-
mentorum eccleſiæ, aut
orum ſtabilium, ſeu fabri-
um proventibus immiſ-
nt; niſi quatenus id eis
nſtitutione ac fundatione
npetat: ſed Epiſcopi ipſi
faciant, & fabricarum
itus in uſus eccleſiæ ne-
arios & utiles, prout ſibi
edire magis viſum fuerit,
endi curent.

CAPUT IV.

dicationis munus à quibus
quando obeundum: Eccle-
Parochialis ad audiendum
rbum Dei adeunda. Nul-
contradicente Epiſcopo
edicet.

Rædicationis munus,
quod Epiſcoporum præ-
um eſt, cupiens ſancta
odus, quo frequentius poſ-
d fidelium ſalutem exer-
, Canones alias ſuper hoc
editos, ſub fel. rec. *e* Paulo III. aptius præſentium temporum uſui accommodando mandat, ut, eccleſiæ ſua ipſi per ſe, *d* aut, ſi legitime impediti fuerint, per eos quos ad prædicationis munus aſſument, in aliis autem Eccleſiis per Parochos, ſive, iis impeditis, per alios ab Epiſcopo impenſis eorum qui eas præſtare vel tenentur, vel ſolent, deputandos in civitate, aut in quacumque parte diœceſis, cenſebunt expedire, ſaltem omnibus Dominicis & ſolemnibus diebus feſtis: tempore autem Iejuniorum, Quadrageſimæ & Adventus Domini quotidie, vel ſaltem tribus in hebdomada diebus, ſi ita oportere duxerint, ſacras Scripturas divinamque legem annuntient; & alias, quotieſcumque id opportune fieri poſſe judicaverint. Moneatque Epiſcopus populum diligenter, teneri unumquemque parochiæ ſuæ intereſſe, ubi commode id fieri poteſt, *e* ad audiendum verbum Dei. Nullus autem ſæcularis, *f* ſive regularis, etiam in eccleſiis ſuorum ordinum, contradicente Epiſcopo, prædicare præſumat. Iidem etiam ſaltem Dominicis & aliis feſtivis diebus, pueros in ſingulis parochiis *g* fidei rudimenta, & obedientiam erga Deum & parentes diligenter ab iis, ad quos ſpectabit, doceri curabunt.

K &

Vide inf. XXVIII. b *Conc.*
hag. 4. c. 23. & Remen.
14. in c. Epiſcopus nullam
38. Diſt. c *Supra Seſſ. 5*
form. c. 2. d *Conc. A-*
en. 4 cap. 10. Lateranenſ.
nnoc. III. c 10. in c. Inter
de off. ord. Conc. Magun-
m c. 25. Sup. Seſſ. 5. de
. c. 2. e *4 Carthag.*
c. 24. in c. Sacerdote, de Conſ. Diſt. 1. Theodulphus *Epiſc. Aurelian. epiſt. ad Parochos, in fin.* f *Vide Bullam Gregorii* XIII. *in gratiam Soc. Ieſu: incipit*, Vigore. 1584. g *Vide Conſt. Pii* V. Ex debito. 1571. *quam ampliavit Greg.* XIII. 30. *Octobris.* 1572.

& , ſi opus ſit , etiam per cenſuras eccleſiaſticas compellent : non obſtantibus privilegiis & conſuetudinibus. In reliquis , ea , quæ de prædicationis munere *a* ſub eodem Paulo III. decreta fuerunt , ſuum robur obtineant.

CAPVT V.

Cauſæ criminales contra Epiſcopos, majores à ſolo Summo Pontifice, minores à Concilio Provinciali cognoſcantur.

CAuſæ criminales *b* graviores contra Epiſcopos , etiam hæreſis , quod abſit , quæ depoſitione aut privatione dignæ ſunt ; *c* ab ipſo tantum Summo Romano Pontifice cognoſcantur , & terminentur. Quod ſi ejuſmodi ſit cauſa , quæ neceſſario extra Romanam curiam ſit committenda , nemini prorſus ea committatur , niſi Metropolitanis , aut Epiſcopis , à Beatiſſimo Papa eligendis. Hæc vero commiſſio & ſpecialis ſit , & manu ipſius Sanctiſſ. Pontificis ſignata , nec umquam plus his tribuat , quam ut ſolam facti inſtructionem ſumant , proceſſumque conficiant : quem ſtatim ad Romanum Pontificem transmittant ; *d* reſervata eidem Sanctiſſimo ſententia definitiva. Cetera alias ſub fel. rec. Julio III. ſuper his decreta ; necnon & conſtitutio ſub Innocentio III. in Concilio generali , quæ incipit , *e* Qualiter & quando ; quam ſancta ſynodus in præſenti innovat ; ab omnibus obſerventur. Minores vero criminales cauſæ Epiſcoporum in Con[...] tantum provinciali co[...]ſcantur , & terminentur e[...] à deputandis per Concil[...] provinciale.

CAPVT VI.

Datur Epiſcopis poteſtas [...] irregularitatum & ſuſpe[...]num diſpenſationes, & [...]minum abſolutiones.

LIceat Epiſcopis in irr[...]laritatibus omnibus [...] ſpenſionibus , ex delicto [...]culto provenientibus , *f* [...]cepta ea quæ oritur ex h[...]cidio voluntario , & exc[...] aliis deductis ad forum [...]tentioſum , *g* diſpenſare [...] in quibuſcumque caſibu[...] cultis , *h* etiam Sedi Ap[...]licæ reſervatis , delinque[...] quoſcumque ſibi ſubdito[...] diœceſi ſua per ſeipſos , [...] Vicarium , ad id ſpecia[...] deputandum , in foro [...]ſcientiæ gratis abſolvere [...]poſita pœnitentia ſal[...] Idem & in hæreſis cri[...] in eodem foro conſcienti[...] tantum , non eorum Vic[...] ſit permiſſum.

CAPVT VII.

Sacramentorum virtus , [...] quam populo adminiſtre[...] ab Epiſcopis & Parochi[...]plicetur ; inter Miſſarum [...]lemnia ſacræ paginæ [...]nentur.

VT fidelis populus ad [...]pienda Sacramenta [...]ri cum reverentia atqu[...]mi devotione accedat ; p[...]pit ſancta Synodus Epi[...] omnibus , ut non ſolum [...] hæc per ſeipſos erunt p[...]

a *Seſſ. 5. cap. 2. de reform.* b *Concil. Sardicen. c. 3. c. Ad abolendam, de hæret.* c *Confirmatur Bulla Pii* V. Si de protegendis. 1569. d *Supra Seſſ. 13. de reform. c. 6, 7, & 8.*

e *Vide inf.* XXXIX. f *Seſſ. 14. c. 7. c. Miror. & [...] tumaces. 50. Diſt.* g *[...] Bullam cœnæ Domini. [...] quibus ſub Alexandro in [...] Later. parte 14. conſtit. [...]*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

niniſtranda, prius illorum
a & uſum pro ſuſcipien-
m captu explicent, ſed et
n idem à ſingulis Parochis
prudenterque, etiam lin-
a vernacula, ſi opus fit, &
nmode fieri poterit, ſer-
i ſtudeant, juxta formam
ancta Synodo in Catecheſi
gulis Sacramentis præſcri-
idam; quam Epiſcopi in
garem linguam fideliter
ri, atque à Parochis om-
us populo exponi cura-
t: nec non ut *a* inter Miſ-
im ſolemnia, aut divino-
n celebrationem, ſacra elo-
a, & ſalutis monita eadem
nacula lingua ſingulis die-
feſtis vel ſolemnibus ex-
nent; eademque in om-
n cordibus, poſtpoſitis
ilibus quæſtionibus, inſe-
, atque eos in lege Domi-
udire ſtudeant.

CAPVT VIII.

*lice peccantes publice pœni-
ant, ni Epiſcopo aliter vi-
atur; Pœnitentiarius in
thedralibus inſtituendus.*

Poſtolus monet, *b* publice
peccantes palam eſſe cor-
endos. Quando igitur ab
no publice, & in multo-
conſpectu crimen com-
um fuerit, unde alios
dalo offenſos commotoſ-
uiſſe non ſit dubitandum;
condignam pro modo
e pœnitentiam *c* publice
gi oportet; ut quos ex-
o ſuo ad malos mores
ocavit, ſuæ emendatio-
eſtimonio ad rectam re-
t vitam. Epiſcopus ta-
publicæ hoc pœnitentiæ
is in aliud ſecretum pote-
rit commutare, quando ita
magis judicaverit expedire.
In omnibus etiam Cathedrali-
bus Eccleſiis, ubi id commo-
de fieri poterit, Pœnitentia-
rius aliquis cum unione præ-
bendæ, proxime vacaturæ, ab
Epiſcopo inſtituatur, qui Ma-
giſter ſit, vel Doctor, aut Li-
centiatus in Theologia vel ju-
re Canonico, & annorum qua-
draginta, ſeu alias qui aptior
pro loci qualitate reperiatur;
qui dum confeſſiones in Ec-
cleſia audiet, interim præſens
in choro cenſeatur.

CAPVT IX.

*A quo viſitari debeant Eccleſiæ
ſæculares nullius diœceſis*

QVæ *d* alias ſub fel. rec.
Paulo III. *e* & nuper ſub
Beatiſſimo Domino noſtro
Pio IV. in hoc eodem Conci-
lio de adhibenda ab Ordina-
riis diligentia in beneficio-
rum, etiam exemptorum, vi-
ſitatione conſtituta ſunt; ea-
dem etiam in iis Eccleſiis ſæ-
cularibus obſerventur, quæ in
nullius diœceſi eſſe dicuntur;
ut ab Epiſcopo, cujus Cathe-
dralis Eccleſia eſt proximior,
ſi id conſtet, alioquin ab eo
qui ſemel in Concilio provin-
ciali à Prælato loci illius ele-
ctus fuerit, tamquam Sedis
Apoſtolicæ delegato, viſiten-
tur: non obſtantibus privi-
legiis & conſuetudinibus qui-
buſcumque, etiam immemo-
rabilibus.

CAPVT X.

*Executio viſitationis à ſubditis
ne ſuſpendatur.*

EPiſcopi, ut aptius, quem
regunt, populum poſſint
in-

a Supra Seſſ. 22. de ſacrificio
, c. 8. b 1 *Tim.* 5. c. Sed
45. *Diſt.* c. *Si peccaverit*,
go. 2. q. 1. & c. 1. de
& rem. c c. *Pœniten-*
tes, & c. *in capite. cum ſeq.*
50. *Diſt.* d *Supra Seſſ.* 6.
de reformat. c. 4. & *Seſſ.* 7 *de
reformat. cap.* 8. e *Seſſ.* 12.
de reformat cap. 8.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

in officio atque obedientia continere, in omnibus iis quæ ad viſitationem, ac morum correctionem, ſubditorum ſuorum ſpectant, jus & poteſtatem habeant, etiam tamquam Apoſtolicæ Sedis delegati, ea ordinandi, *a* moderandi, puniendi, & exequendi, juxta canonum ſanctiones, quæ illis ex prudentia ſua pro ſubditorum emendatione, ac diœceſis ſuæ utilitate neceſſaria videbuntur. *b* Nec in his, ubi de viſitatione aut morum correctione agitur; exemptio, aut ulla inhibitio, appellatio, ſeu querela, etiam ad Sedem Apoſtolicam, interpoſita, executionem eorum, quæ ab his mandata, decreta aut judicata fuerint, quoquo modo impediat, aut ſuſpendat.

CAPUT XI.

Honorarii tituli, aut privilegia particularia, Epiſcoporum juri nihil detrahant. Cap. Cum Capella, *extra, de privilegiis, innovatur.*

c QUoniam privilegia & exemptiones, quæ variis titulis pleriſque conceduntur, hodie perturbationem in Epiſcoporum juriſdictione excitare, & exemptis occaſionem laxioris vitæ præbere dignoſcuntur; decernit ſancta Synodus, ut, ſi quando juſtis, gravibus & fere neceſſariis ſuadentibus cauſis, aliquos honorariis titulis Protonotariatus, Acolythatus, *d* Comitis Palatini, Capellani Regii, aut aliis hujusmodi in Romana Curia, vel extra,

inſignibus decorandos
placuerit; necnon alios,
cumque monaſterio oblat
vel quomodocumque a
ctos, aut ſub nomine ſerv
tium militiis, ſeu mon
riis, hoſpitalibus, colleg
aut quocumque alio titul
ſumi, nihil ex iis privile
detractum eſſe Ordinariis
telligatur, quo minus
quibus ea jam conceſſa ſu
vel in poſterum concedi c
tigerit, ipſis Ordinariis t
quam Apoſtolicæ Sedis d
gatis, plene in omnibus
quo ad Capellanos Regi
juxta conſtitutionem In
centii III. quæ incip
e Cum Capella, ſubjecti e
ſtant: exceptis tamen iis
prædictis locis aut militi
ctu ſerviunt, & intra eo
ſepta ac domos reſident,
que eorum obedientia
vunt, ſive iis qui legitime
ſecundum regulam ear
dem militiarum profe
nem fecerint, de qua O
nario conſtare debeat:
obſtantibus privilegiis
buſcumque, etiam rel
nis ſancti Ioannis Ieroſ
mitani, & aliarum mil
rum. Quæ vero privil
reſidentibus in Curia Ro
na vigore *f* Eugeni
Conſtitutionis, aut fam
ritatis Cardinalium con
tere ſolent; ea in iis qui
neficia Eccleſiaſtica
nent, ratione prædicto
beneficiorum minime i
ligantur; ſed Ordinarii
riſdictioni ſubjecti per
neant: non obſtantibus
buſcumque inhibitionibus

C

a *c. Transmiſſam, de elect.* b *Sup. Seſſ.* 13. *de ref. c.* 1. *Seſſ.* 14. *de ref. c.* 4. *& Seſſ.* 21. *de ref. cap.* 1. c *Sup. Seſſ.* 6. *c.* 3. *de ref. c. Cum & plantare de privil. & c. Venerabili, de verb. ſign.* d *Horum facultates indulta adhuc reſtringit Piu in Bulla,* Quamvis. 156 e *Vide inf.* XXXII. f *c.* *vina, de privil. in Extra com.*

CAPVT XII.

ales eſſe debeant promoven-di ad dignitates & canoni-catus cathedralium eccleſia-rum: quidve promoti præ-ſtare teneantur.

Vm dignitates in Eccle-ſiis, præſertim cathedra-us, ad conſervandam au-ndamque eccleſiaſticam ciplinam fuerint inſtitutæ, qui eas obtinerent, pietate ecellerent, aliiſque exem-eſſent, atque Epiſcopos era & officio juvarent: me-, qui ad eas vocantur, ta-eſſe debent, qui ſuo mune-reſpondere poſſint. *a* Ne-igitur deinceps ad digni-es quaſcumque, quibus a-narum cura ſubeſt, promo-tur, niſi qui ſaltem XXV. æ ætatis annum attigerit; in Clericali ordine verſa-, doctrina ad ſuum munus iquendum neceſſaria, ac rum integritate commen-ur: juxta Conſtitutionem xandri Tertii in Concilio eranenſi promulgatam, e incipit, *b* Cum in cun-, Archidiaconi etiam, qui culi dicuntur Epiſcopi, in omnibus Eccleſiis, ubi i poterit, Magiſtri in ologia, ſeu Doctores aut entiati in jure canonico. ceteras autem dignitates, perſonatus, quibus ani-rum cura nulla ſubeſt, ici alioquin idonei, & , annis non minores, ad-cantur. Proviſi etiam de eficiis quibuſcumque cu-animarum habentibus, teneantur à die adeptæ poſſeſ-ſionis, ad minus intra duos menſes, *d* in manibus ipſius Epiſcopi, vel, eo impedito, coram generali ejus Vicario, ſeu Officiali, orthodoxæ ſuæ *e* fidei publicam facere pro-feſſionem, & in Romanæ Ec-cleſiæ obedientia ſe perman-ſuros ſpondeant ac jurent. Proviſi autem de canonicati-bus, & dignitatibus, in Eccle-ſiis cathedralibus, non ſolum coram Epiſcopo ſeu ejus Offi-ciali, ſed etiam in Capitulo, idem facere teneantur: alio-quin prædicti omnes pro-viſi, ut ſupra, fructus non fa-ciant ſuos: nec illis poſſeſſio ſuffragetur. *f* Neminem etiam deinceps ad dignitatem, ca-nonicatum, aut portionem re-cipiant, niſi qui eo Ordine ſa-cro aut ſit initiatus, quem illa dignitas, præbenda, aut por-tio requirit; aut in tali æta-te, ut infra tempus à jure, & ab hac ſancta Synodo ſtatu-tum, initiari valeat. In omni-bus vero Eccleſiis cathedrali-bus omnibus canonicatus ac portiones habeant annexum Ordinem Presbyterii, Diaco-natus, vel Subdiaconatus. E-piſcopus autem cum conſilio Capituli deſignet ac diſtri-buat, prout viderit expedire, quibus quiſque Ordo ex ſacris annexus in poſterum eſſe de-beat; ita tamen, ut dimidia ſaltem pars Presbyteri ſint, ceteri vero Diaconi aut Sub-diaconi; ubi vero conſuetu-do laudabilior habet, ut plures vel omnes ſint Preſ-byteri, omnino obſervetur.

Supra Seſſ. 22. cap. 2.
ide inf. pag. X. in §. Infer.
bem. I. epiſt. 1. ad Iaco-
. Anacletus epiſt. 1. c. Dia-
93. Diſt. & c. Ad hæc,
ff. Archidiac. d *Conc. 4.*
c. 26. e *Qui præterea ad profeſſionem fidei teneantur, vide in Conſt. Pii* IV. in ſacro-ſancta, 1564. *infra pag.* 40.
f *c. 1. & ſeqq. de æt. & qual. c. Licet canon. & c. Cum ex eo, de elec. in 6. Supra Seſſ. 7. de reform. cap. 12.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

Hortatur etiam ſancta Synodus, ut in provinciis, ubi id commode fieri poteſt, dignitates omnes, & ſaltem dimidia pars canonicatuum, in cathedralibus Eccleſiis, & collegiatis inſignibus conferantur tantum Magiſtris, vel Doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theologia, vel jure Canonico. Præterea obtinentibus in eiſdem cathedralibus aut collegiatis dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones *a* non liceat vigore cujuſlibet ſtatuti aut conſuetudinis, ultra tres menſes, ab eiſdem Eccleſiis quolibet anno abeſſe: *b* ſalvis nihilominus earum eccleſiarum conſtitutionibus, quæ longius ſervitii tempus requirunt: alioquin primo anno privetur unuſquiſque dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ ac reſidentiæ fecit ſuos. quod ſi iterum eadem fuerit uſus negligentia, privetur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit: creſcente vero contumacia, contra eos, *c* juxta ſacrorum Canonum conſtitutiones, procedatur. *d* Diſtributiones vero, qui ſtatis horis interfuerint, recipiant; reliqui, quavis colluſione aut remiſſione excluſa, his careant, juxta Bonifacii VIII. decretum, quod incipit, *e* Conſuetudinem; quod ſancta Synodus in uſum revocat: non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis & conſuetudinibus. *f* Omnes vero divina per ſe, & non per ſu[…] tutos, compellantur obir[…] ficia; & Epiſcopo celebra[…] aut alia Pontificalia exer[…] ti, adſiſtere, & inſervire […] que in choro, ad pſallen[…] inſtituto, hymnis & can[…] Dei nomen reverenter, di[…] cte devoteque laudare. […] ſtitu inſuper decenti tam […] Eccleſia quam extra aſſ[…] utantur; *g* ab illicitiſque […] nationibus, aucupiis, […] reis, tabernis luſibuſque […] ſtineant; atque ea morum […] tegritate polleant, ut me[…] Eccleſiæ Senatus dici po[…] Cætera, quæ ad debitum […] divinis officiis regimen […] ctant, deque congrua in[…] canendi ſeu modulandi […] tione, de certa lege in ch[…] conveniendi, & permane[…] ſimulque de omnibus Ec[…] ſiæ miniſtris, quæ neceſſ[…] erunt, & ſi qua hujuſmo[…] Synodus provincialis, […] cujuſque provinciæ utili[…] & moribus, certam cui[…] formulam præſcribet. In […] ea vero Epiſcopus non m[…] quam cum duobus Canoni[…] quorum unus ab Epiſcopo […] ter à Capitulo eligatur, in […] quæ expedire videbuntur, […] terit providere.

CAPVT XIII.

Quomodo tenuioribus cathe[…] libus eccleſiis & parochiis c[…] ſulendum: parochiæ certi[…] nibus diſtinguendæ.

QVoniam *h* pleræque […] thedrales Eccleſiæ […] te[…]

a *Sup. Seſſ. 13. de reform. c. 1.* b *c. Ad audientiam. de cleric. non reſid.* c *c. fin. eod.* d *c. Licet. de præbend.* e *Vide infra XXXII.* f *Sup Seſſ. 22. c. 4. de ref. c. Licet. & c. Exſtirpando. §. Qui vero, de præb. c. Quia nonnulli. de cler. non reſid.*

g *Conc. Turon. 3. cap. 1. C[…] Agathen. can. 35. c. Epiſcop[…] 34. Diſt. toto tit. de vit. & [h…] cler. extra in 6. & in Clem. […] de cler. ven. & Clem. Grav[i…] celeb. Miſſ.* h *Supra Seſſ. 7 […] ref. cap. 6. & 7. & Seſſ. 14 […] reform. cap. 9. & infra c. 15.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

nuis redditus ſunt & angu-
e, ut Epiſcopali dignitati
llo modo reſpondeant, ne-
e Eccleſiarum neceſſitati
ficiant; examinet Conci-
m provinciale, vocatis iis
orum intereſt, & diligen-
expendat, quas propter
guſtias tenuitatemque vi-
us unire, vel novis proven-
us augere expediat; *a* con-
taque de præmiſſis inſtru-
nta ad Summum Roma-
m Pontificem mittat; qui-
s inſtructus Summus Pon-
ex, ex prudentia ſua, pro-
expedire judicaverit, aut
nues invicem uniat, aut ali-
a acceſſione ex fructibus
geat. Interim vero donec
ædicta effectum ſortian-
r, hujuſmodi Epiſcopis, qui
uctuum ſubventione pro
œceſis ſuæ tenuitate indi-
nt; poterit de beneficiis
iquibus, dum tamen curata
on ſint, nec dignitates, ſeu
nonicatus, & præbendæ,
c monaſteria, in quibus vi-
et Regularis obſervantia, vel
æ Capitulis generalibus &
rtis viſitatoribus ſubdun-
r, à Summo Romano Pon-
fice provideri. In Parochia-
us etiam Eccleſiis, quarum
uctus æque adeo exigui
nt, ut debitis nequeant one-
bus ſatisfacere; curabit E-
ſcopus, ſi per beneficiorum
nionem, non tamen regula-
um, id fieri non poſſit, ut
imitiarum vel decimarum
ſignatione, aut per paro-
ianorum ſymbola ad col-
ctas, aut qua commodiori
videbitur ratione, tantum
digatur, quod pro Recto-
s ac parochiæ neceſſitate
center ſufficiat. In unioni-
us vero quibuſlibet, ſeu ex
ſupradictis, ſeu aliis cauſis
faciendis, Eccleſiæ parochia-
les monaſteriis quibuſcum-
que, aut abbatiis, ſeu digni-
tatibus, ſive præbendis Ec-
cleſiæ cathedralis, vel colle-
giatæ, ſive aliis beneficiis
ſimplicibus, aut hoſpitali-
bus, militiiſve non uniantur:
& quæ unitæ ſunt, revidean-
tur ab Ordinariis *b* juxta a-
lias decretum in eadem Syno-
do ſub fel. rec. Paulo III.
quod etiam in unitis ab eo
tempore citra æque obſerve-
tur: non obſtantibus in iis
quibuſcumque verborum for-
mis, quæ hic pro ſufficienter
expreſſis habeantur. Ad hæc
in poſterum, omnes hæ ca-
thedrales Eccleſiæ, quarum
redditus ſummam ducato-
rum mille, & parochiales,
quæ ſummam ducatorum
centum, ſecundum verum
annuum valorem, non ex-
cedunt, nullis penſionibus,
aut reſervationibus fructuum
graventur, in iis quoque ci-
vitatibus, ac locis, ubi paro-
chiales Eccleſiæ certos non
habent fines, nec earum Re-
ctores proprium populum,
quem regant, ſed promiſcue
petentibus Sacramenta admi-
niſtrant; mandat Sancta Sy-
nodus Epiſcopis, pro tutiori
animarum eis commiſſarum
ſalute, ut, diſtincto populo
in certas propriaſque paro-
chias, unicuique ſuum per-
petuum *c* peculiaremque Pa-
rochum aſſignent, qui eas co-
gnoſcere valeat, & à quo ſolo
licite Sacramenta ſuſcipiant;
aut alio utiliori modo, prout
loci qualitas exegerit, provi-
deant. Idemque in iis civita-
tibus, ac locis, ubi nullæ ſunt
parochiales, quamprimum

a c. *Unio*. 10. q. 3. c. *Et* [...]*mporis*, *cum ſeq*. 16. q. 1. [...] *Supra Seſſ*. 7. *de reform*. c. 6.

c c. 1. 13. q. 1. c. *plures*. 16. q. 1. c. 1. *de paroch*. & *ſupra Seſſ*. 14. *de reformat*. *cap*. 9.

fieri curent: non obſtantibus quibuſcumque privilegiis & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus.

CAPUT XIV.

Ne quis admittatur ad poſſeſſionem beneficii: aut diſtributionum cum fructuum diſtributione in uſus non pios convertenda.

IN pluribus Eccleſiis, tam cathedralibus quam collegiatis & parochialibus, ex earum conſtitutionibus, aut ex prava conſuetudine obſervari intelligitur, ut in electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione, confirmatione, collatione, vel alia proviſione, ſive admiſſione ad poſſeſſionem alicujus cathedralis Eccleſiæ, vel beneficii canonicatuum, aut præbendarum, vel partem proventuum, ſeu ad diſtributiones quotidianas, certæ conditiones ſeu deductiones ex fructibus, ſolutiones, promiſſiones, compenſationeſve illicitæ, aut etiam, quæ in aliquibus Eccleſiis dicuntur Turnorum lucra, interponantur: hæc cum ſancta Synodus deteſtetur, mandat Epiſcopis, ut, *a* quæcumque hujuſmodi in uſus pios non convertuntur, atque ingreſſus eos, qui ſimoniacæ labis aut ſordidæ avaritiæ ſuſpicionem habent, fieri non permittant; ipſique diligenter de eorum conſtitutionibus ſive conſuetudinibus ſuper prædictis cognoſcant; & illis tantum, quas ut laudabiles probaverint, exceptis, reliquas, ut pravas ac ſcandaloſas, re[...] ciant & aboleant. Eos vero[...] qui adverſus hæc, in præſe[...] ti decreto comprehenſa, qu[...] vis ratione commiſerint, po[...] nis *b* contra ſimoniacos ed[...] tis ſacris Canonibus, & va[...] riis ſummorum Pontificu[...] conſtitutionibus, quas omn[...] innovat, teneri decernit: no[...] obſtantibus quibuſcumque[...] ſtatutis, conſtitutionibus[...] conſuetudinibus, etiam im[...] memorabilibus, etiam Apo[...] ſtolica auctoritate confirma[...] tis: de quarum ſurreptione[...] obreptione, & intentionis de[...] fectu Epiſcopus, tamquam[...] Apoſtolicæ Sedis delegatus[...] cognoſcere poſſit.

CAPUT XV.

Ratio augendi tenues præbend[...] Eccleſiarum cathedralium & collegiatarum inſignium.

IN eccleſiis cathedralibus *c* & collegiatis inſignibus[...] ubi frequentes adeoque tenue[...] ſunt præbendæ ſimul cum di[...] ſtributionibus quotidianis, u[...] ſuſtinendo decenti Canonico[...] rum gradui pro loci & perſo[...] narum qualitate non ſuffi[...] ciant; *d* liceat Epiſcopis cum[...] conſenſu Capituli, vel aliquo[...] ſimplicia beneficia, non ta[...] men regularia, iis unire; vel[...] ſi hac ratione provideri non[...] poſſit, aliquibus ex iis ſup[...] preſſis, cum patronorum con[...] ſenſu, ſi de jure patronatu[...] laicorum ſint, quarum fructu[...] & proventus reliquarum[...] præbendarum diſtributioni[...] bus quotidianis applicentur[...] eas ad pauciorem numerum[...] reducere; ita tamen, ut to[...]

ſu-

a *Confirmatur Bulla Pii V.* Durum. 1570. *novis pœnis adjectis.* b 1. *q.* 1. *fere per totam. Concil. Tolet.* 8. *can.* 3. *c. Cum ſuper, de conſ. Tom tit. Extrav. de ſimon & c. Sicut* 1. *extra, de ſimon.* c *Supra cap.* 13. d *Supra Seſſ.* 5. *d[...] reform. cap.* 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

...ſint, quæ divino cultui ...ebrando, ac dignitati ec-...æ *a* commode valeant ...ondere; non obſtantibus ...uſcumque conſtitutioni-... & privilegiis, aut qua-...que reſervatione genera-... vel ſpeciali, aut affectio-... neque prædictæ uniones ... ſuppreſſiones tolli, ſeu ...editi poſſint ex quibus-...que proviſionibus, etiam ...re reſignationis, aut qui-...is aliis derogationibus ...uſpenſionibus.

CAPVT XVI.

... muneris incumbat Capi-tulo Sede vacante.

...apitulum, *b* Sede vacan-...e, ubi fructuum perci-...iorum ei munus incum-... Oeconomum unum, vel ...s fideles ac diligentes, ...nat, qui rerum eccle-...carum & proventuum ...n gerant, quorum ratio-... ei, ad quem pertinebit, ... reddituri. Item officia-... ſeu vicarium infra octo ... poſt mortem Epiſcopi ...ituere, vel exſiſtentem ...rmare omnino teneatur, ...altem in jure Canonico ...octor, vel Licentiatus, ...lias, quantum fieri po-..., idoneus: ſi ſecus fa-... fuerit, *c* ad Metropo-...um deputatio hujuſmodi ...lvatur. Et, ſi Eccleſia ... Metropolitana fuerit, aut ...pta, Capitulumque, ut ...ttur, negligens fuerit, ... antiquior Epiſcopus ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquior Epiſcopus in exempta Oeconomum & Vicarium idoneos poſſit conſtituere. Epiſcopus vero ad eamdem Eccleſiam vacantem promotus ex iis quæ ad eum ſpectant, ab eiſdem Oeconomo, Vicario, & aliis quibuſcumque officialibus & adminiſtratoribus, qui, Sede vacante, fuerunt à Capitulo vel ab aliis in ejus locum conſtituti, etiam ſi fuerint ex eodem Capitulo, rationem exigat officiorum, juriſdictionis, adminiſtrationis, aut cujuſcumque eorum muneris; poſſitque eos punire, qui in eorum officio ſeu adminiſtratione deliquerint: etiam ſi prædicti officiales, redditis rationibus, à Capitulo, vel à deputatis ab eodem, abſolutionem aut liberationem obtinuerint. Eidem quoque Epiſcopo teneatur Capitulum de ſcripturis ad Eccleſiam pertinentibus, ſi quæ ad Capitulum pervenerunt, rationem reddere.

CAPVT XVII.

Beneficiorum collationi & plurium retentioni modus ſtatuitur.

CVm eccleſiaſticus ordo pervertatur, quando unus, plurium officia occupat Clericorum; ſancte *d* ſacris Canonibus cautum fuit, neminem oportere in duabus eccleſiis conſcribi. verum quoniam multi improbæ cupidi-

... in eccleſia, de inſtitut. ...cil. Chalced. Actione 16. ...r. in fi. Concil. Vormatien. ...6. c *c. Non liceat. in 3. ... 2. & c. fi. de ſupp. negl. ... in 6.* d *Conc. 1. Nic. ... & 16. Antioch. c. 3. ...t. 1. c. 2. & 22. & Milev. c. 15. c. Quia in tantum, c. Ad hæc, c. Cum non ignores, c. Referente, & c. De multa, de præb. c. Vnio, §. Sed & hoc, 10. q. 3. 21. q. 1. per totam. c. Quia nonnulli, de cler. non reſid. cum alleg. Supra Seſſ. 7. de ref. cap. 2.*

tatis affectu ſe ipſos, non Deum, decipientes, ea, quæ bene conſtituta ſunt, variis artibus eludere, & plura ſimul beneficia obtinere non erubeſcunt: ſancta Synodus debitam regendis Eccleſiis diſciplinam reſtituere cupiens, præſenti decreto, quod in quibuſcumque perſonis, quocumque titulo, etiam ſi Cardinalatus honore fulgeant, mandat obſervari; ſtatuit ut in poſterum unum tantum beneficium eccleſiaſticum ſingulis conferatur. quod quidem, ſi ad vitam ejus, cui confertur, honeſte ſuſtentandam non ſufficiat, liceat nihilominus aliud ſimplex ſufficiens, dummodo utrumque perſonalem reſidentiam non requirat, eidem conferri. Hæcque non modo ad cathedrales Eccleſias, ſed etiam ad alia omnia beneficia, tam ſæcularia quam regularia, quæcumque, etiam commendata, pertineant, cujuſcumque tituli ac qualitatis exſiſtant. Illi vero, qui in præſenti plures parochiales Eccleſias, aut unam cathedralem, & aliam parochialem obtinent, *a* cogantur omnino, quibuſcumque diſpenſationibus ac unionibus ad vitam non obſtantibus, una tantum parochiali, vel ſola cathedrali retenta, alias parochiales infra ſpatium ſex menſium dimittere: alioquin tam parochiales, quam beneficia omnia, quæ obtinent, *b* ipſo jure vacare cenſeantur; ac tamquam vacantia libere aliis idoneis conferantur; nec ipſi antea illa obtinentes, tuta conſcientia, fructus poſt dictum tempus
tineant. Optat autem ſan
Synodus, ut reſignantium
ceſſitatibus commoda ali
ratione, prout Summo Po
fici videbitur, provideatu

CAPUT XVIII.

Eccleſia Parochiali vacante,
putandus ab Epiſcopo V
rius, donec illi provideatu
Parocho: nominati ad P
chiales, qua forma & à
bus examinari debent.

EXpedit maxime ani
rum ſaluti, à dignis at
idoneis Parochis guberna
id *c* ut diligentius ac rec
perficiatur, ſtatuit ſancta
nodus, ut, cum parochi
Eccleſiæ vacatio, etiamſi
ra Eccleſiæ vel Epiſcopo
cumbere dicatur, & per u
vel plures adminiſtretur,
iam in Eccleſiis patrimo
libus, ſeu receptivis nunc
tis, in quibus conſuevit
ſcopus uni vel pluribus
ram animarum dare,
omnes ad infraſcriptum
amen teneri mandat, per
tum, vel reſignationem, et
in Curia, ſeu aliter quomo
cumque contigerit, eti
ipſa parochialis Eccleſia
ſervata vel affecta fuerit
neraliter vel ſpecialiter,
iam vigore indulti ſeu pr
legii in favorem S. Rom
Eccleſiæ Cardinalium,
Abbatum, vel Capitulor
debeat Epiſcopus ſtatim,
bita notitia vacationis E
ſiæ, ſi opus fuerit, idon
in ea Vicarium, cum cong
ejus arbitrio, fructuum
tionis aſſignatione, conſt
re, qui onera ipſius Eccl

a *Supra Seſſ. 7. de reformat. cap. 4. c. de multa, de prab.* *b* *c. Execrabilis, §. Qui vero. in Extravag. comm. de prab.*

c *Lege Bullam Pii* V. In
ferendis, 1566. d
Seſſ. 7. de reform. cap. 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

…eat, donec ei de Rectore …deatur. Porro Epiſco… & qui jus patronatus ha… …ntra decem dies, vel a… …empus ab Epiſcopo præ… …ndum, idoneos aliquot …os ad regendam Eccle… …coram deputandis exa… …oribus nominet. Libe… …t tamen etiam aliis, qui …os ad id aptos noverint, …n nomina deferre, ut … poſtea de cujuſlibet æ… … moribus & ſufficientia …iligens inquiſitio. Et, …ſcopo aut Synodo pro… …ali pro regionis more …itur magis expedire, per …um etiam publicum vo… …r, qui volent examinari. …acto conſtituto tempo… …mnes qui deſcripti fue… *a* examinentur ab Epi… …, ſive, eo impedito, ab … Vicario generali, atque … is examinatoribus non …oribus quam tribus; …m votis, ſi pares aut ſin… …es fuerint, accedere poſ… …iſcopus, vel Vicarius, …s magis videbitur. Exa… …ores autem ſingulis an… …n diœceſana Synodo ab …opo, vel ejus Vicario, …inus ſex proponantur; …modo ſatisfaciant, & ab …bentur. Advenienteque …ione cujuſlibet Eccleſiæ, …x illis eligat Epiſcopus, …cum eo examen perfi… …; indeque ſuccedente …vacatione, aut eoſdem, …ios tres, quos maluerit, …ædictis illis, ſex eligat. …s vero hi examinatores …iſtri, ſeu Doctores, aut …tiati in Theologia, aut …Canonico, vel alii Cle… … ſeu Regulares, etiam ex …e mendicantium, aut etiam ſæculares, qui ad id videbuntur magis idonei; jurentque omnes ad ſancta Dei Evangelia, ſe, quacumque humana affectione poſtpoſita, fideliter munus executuros. *b* Caveantque, ne quidquam prorſus occaſione hujus examinis, nec ante nec poſt accipiant: alioquin ſimoniæ vitium tam ipſi quam alii dantes incurrant; à qua abſolvi nequeant, niſi dimiſſis beneficiis, quæ quomodocumque etiam antea obtinebant; & ad alia in poſterum inhabiles reddantur. Et de his omnibus non ſolum coram Deo, ſed etiam in Synodo provinciali, ſi opus erit, rationem reddere teneantur, à qua, ſi quid contra officium eos feciſſe compertum fuerit, graviter ejus arbitrio puniri poſſint. Peracto deinde examine renuntientur, quotcumque ab his *c* idonei judicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Eccleſiam gubernandam opportunis. *d* ex hiſque Epiſcopus eum eligat, quem ceteris magis idoneum judicaverit; atque illi, & non alteri, collatio Eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpectabit eam conferre. Si vero juris patronatus eccleſiaſtici erit; ac inſtitutio ad Epiſcopum, & non alium pertineat, is, quem patronus digniorem inter probatos ab examinatoribus judicabit, *e* Epiſcopo præſentare teneatur, ut ab eo inſtituatur. Cum vero inſtitutio ab alio, quam ab Epiſcopo, erit facienda; tunc Epiſcopus ſolus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei præſentet, ad quem inſti-

a …nfra Seſſ. ult. de reformat. … b *c. Quando. 24. Diſt. …am te. de ætate & qualit.*

d Infra Seſſ. 25. c. 9. de reformat. e *Supra Seſſ. 14. de reformat. cap. 13.*

inſtitutio ſpectat. *a* Quod ſi juris patronatus laicorum fuerit; debeat qui à patrono præſentatus erit, ab eiſdem deputatis, ut ſupra, examinari, & non, niſi idoneus repertus fuerit, admitti. In omnibuſque ſupradictis caſibus non cuiquam alteri, quam uni ex prædictis examinatis & ab examinatoribus approbatis, juxta ſupradictam regulam, de Eccleſia provideatur, nec prædictorum examinatorum relationem, quo minus executionem habeat, ulla devolutio, aut appellatio, etiam ad Sedem Apoſtolicam, ſive ejuſdem Sedis Legatos, aut Vicelegatos, aut Nuntios, ſeu Epiſcopos, aut Metropolitanos, Primates, vel Patriarchas interpoſita, impediat aut ſuſpendat; alioquin Vicarius, quem Eccleſiæ vacanti antea Epiſcopus arbitrio ſuo ad tempus deputavit, vel forſan poſtea deputabit, ab ejus Eccleſiæ cuſtodia & adminiſtratione non amoveatur, donec aut eidem, aut alteri, qui probatus & electus fuerit, ut ſupra, ſit proviſum: alias proviſiones omnes, ſeu inſtitutiones, præter ſupradictam formam factæ, ſurreptitiæ eſſe cenſeantur: non obſtantibus huic decreto exemptionibus, indultis, privilegiis, præventionibus, affectionibus, novis proviſionibus, indultis, conceſſis quibuscumque *b* Vniverſitatibus, etiam ad certam ſummam, & aliis impedimentis quibuſcumque. Si tamen adeo exigui redditus dictæ parochiales fuerint, ut totius hujus examinationis operam [...] ferant; aut nemo ſit, q[...] examini quærat ſubjic[...] aut ob apertas factiones [...] diſſidia, quæ in aliquibu[...] cis reperiuntur, facile [...] viores rixæ ac tumultus [...] ſint excitari: poterit O[...] narius, ſi pro ſua conſci[...] cum deputatorum co[...] ita expedire arbitrabitur [...] forma omiſſa, privatu[...] liud examen, ceteris tan[...] ut ſupra ſervatis, adhi[...] Licebit etiam Synodo [...] vinciali, ſi qua in ſuprad[...] circa examinationis form[...] addenda remittendave [...] cenſuerit, providere.

CAPVT XIX.

Mandata de providendo, [...] ſpectativa, & alia id ge[...] antiquantur.

DEcernit ſancta Synod[...] Mandata de providen[...] & gratias, quæ Exſpect[...] væ dicuntur, nemini [...] plius, etiam Collegiis, [...] niverſitatibus, Senatibus [...] aliis ſingularibus perſo[...] etiam ſub nomine indu[...] aut ad certam ſummam, [...] alio quovis colore co[...] di, nec hactenus conc[...] cuiquam uti licere. *d* [...] nec reſervationes mental[...] nec aliæ quæcumque gra[...] ad vacatura, nec indulta [...] alienas Eccleſias, vel m[...] naſteria alicui, etiam [...] ſanctæ Romanæ Eccleſiæ C[...] dinalibus, concedantur, [...] hactenus conceſſa, abrog[...] eſſe cenſeantur.

C[...]

a c. *Illud*, & c. *Relatum*, de *jure patr.* b *Supra Seſſ. 7. cap. 13. de reformat.* c *Infra Seſſ. 25. cap. 9. de reformat* d c. 2. *de conceſ. præb.* & *Deteſtanda eod. in 6.*

CAPVT XX.

tractandi cauſas ad fo- Eccleſiaſticum pertinen- æſcribitur.

Auſæ omnes, ad forum cclesiaſticum quomo- pertinentes, etiam ſi iales ſint, in prima in- coram Ordinariis lo dumtaxat cognoſcan- tque omnino, ſaltem biennium à die motæ li- terminentur: alio- oſt id ſpatium liberum ibus, vel alteri illarum, s Superiores, alias ta- ompetentes, adire: qui n in eo ſtatu, quo fue- ſumant, & quam pri- terminari curent; nec aliis committantur, ocentur; neque appel- es ab eiſdem interpoſi- r Superiores quoſcum- ecipiantur; eorumve iſſio aut inhibitio fiat efinitiva, vel à defini- im habente, & cujus men per appellationem itiva reparari nequeat. s excipiantur cauſæ, juxta canonicas ſan- s apud Sedem Apoſtoli- nt tractandæ; vel quas enti rationabilique cau- icaverit Summus Ro- Pontifex per ſpeciale tum Signaturæ San- s ſuæ, manu propria bendum, committere, ocare. Ad hæc, cau- trimoniales & crimina- n Decani, Archidiaco- ut aliorum inferiorum judicio, etiam viſitando, ſed Epiſcopi tantum examini & juriſdictioni relinquantur; etiam ſi in præſenti inter Epi- ſcopum & Decanum, ſeu Ar- chidiaconum, aut alios infe- riores ſuper cauſarum iſta- rum cognitione lis aliqua in quacumque inſtantia pen- deat; coram quo, ſi pars ve- re paupertatem probaverit, non cogatur extra provin- ciam nec in ſecunda nec in tertia inſtantia in eadem cau- ſa matrimoniali litigare; niſi pars altera & alimenta & ex- penſas litis velit ſubminiſtra- re. Legati quoque, etiam de latere, Nuntii, Gubernato- res eccleſiaſtici, aut alii, quarumcumque facultatum vigore, non ſolum Epiſco- pos in prædictis cauſis impe- dire, aut aliquo modo eo- rum juriſdictionem iis præri- pere aut turbare non præſu- mant; ſed nec etiam contra Clericos, aliaſve perſonas ec- cleſiaſticas, niſi Epiſcopo prius requiſito, eoque negli- gente, procedant: alias eo- rum proceſſus ordinationeſve nullius momenti ſint: atque ad damni ſatisfactionem, par- tibus illati, teneantur. *d* Præ- terea, ſi quis in caſibus à jure permiſſis adpellaverit, aut de aliquo gravamine conque- ſtus fuerit; ſeu alias ob lap- ſum biennii, de quo ſupra, ad alium judicem recurrerit; te- neatur acta omnia, coram Epiſcopo geſta, ad judicem appellationis expenſis ſuis transferre, eodem tamen Epi- ſcopo prius admonito; ut, ſi quid

laratur Bulla Greg. XIII. mani. 1574. *Quid porro ſarum expeditionem ſta- Clem.* VIII. *vide in ejus* Lititum. 1592. b *inf. t. de refor. cap.* 10. *in fi. præceptis,* 12. *Diſt, c. Nec licuit.* 17. *Diſt. c. Majores, de bap. Vigilius Papa in Epiſt. ad Eutherum in fi. & Pelagius* 2. *in* 1. *Epiſt. circa fi. Conc. Sar- dic. cap.* 3. *&* 4. d *c. Pla- cuit* 2. *q.* 6. *& de appell. fere per totum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

quid ei pro cauſæ inſtructione videbitur, poſſit judici appellationis ſignificare. Quod ſi appellatus compareat; cogatur tunc is quoque actorum, quæ tranſlata ſunt, expenſas pro portione ſua, ſi illis uti voluerit, ſubire; niſi aliter ex loci conſuetudine ſervetur, ut ſcilicet ad appellantem integrum hoc onus pertineat. Porro ipſam actorum copiam teneatur notarius, congrua mercede accepta, appellanti quanto citius, & ad minus intra menſem, exhibere. Qui notarius ſi in differenda exhibitione fraudem fecerit, ab officii adminiſtratione arbitrio Ordinarii ſuſpendatur; & ad dupli pœnam, quanti ea lis fuerit inter appellantem & pauperes loci diſtribuendam, compellatur. Judex vero, ſi & ipſe impedimenti hujus conſcius particepſve fuerit, aliterve obſtiterit, ne appellanti integre acta intra tempus traderentur; ad eamdem dupli pœnam, prout ſupra, teneatur: non obſtantibus, quo ad omnia ſupraſcripta privilegiis, indultis, concordiis, quæ ſuos tantum teneant auctores, & aliis quibuſcumque conſuetudinibus.

CAPUT XXI.

Declaratur, ex certis verbis ſupra poſitis non immutari ſolitam rationem tractandi negotia in generalibus Conciliis.

Cupiens ſancta Synodus, ut ex decretis ab ea editis nulla umquam futuris temporibus dubitandi occaſio oriatur, verba illa, poſita in decreto publicato Seſ[...] prima, ſub Beatiſſimo D[...]no noſtro Pio IV. *a* vide[...] quæ proponentibus Le[...] ac Præſidentibus, ad h[...] temporum levandas cal[...]tates, ſedandas de relig[...] controverſias; coërc[...] linguas doloſas, deprav[...]rum morum abuſus corr[...]dos, Eccleſiæ veram & C[...]ſtianam pacem conci[...]dam, apta & idonea ipſ[...]ctæ Synodo videbuntur [...]plicando declarat, m[...] ſuæ non fuiſſe, ut ex pr[...]ctis verbis *b* ſolita ratio[...]ctandi negotia in genera[...] Conciliis ulla ex parte im[...]taretur; neque novi [...]quam, præter id quod [...]cris Canonibus, vel ge[...]lium Synodorum forma [...]ctenus ſtatutum eſt, cui[...] adderetur, vel detraheret[...]

Indictio futuræ Seſſion[...]

Inſuper eadem ſacroſ[...] Synodus proximam fut[...] Seſſionem feria quinta [...] Conceptionem beatæ M[...] virginis, quæ erit dies [...] menſis Decembris pro[...] venturi, habendam eſſ[...] tuit & decernit, cum po[...]te etiam abbreviandi, i[...] Seſſione tractabitur de [...] nunc in eam dilato capit[...] de reliquis reformation[...] pitibus jam exhibitis, [...] aliis ad eam pertinent[...] Si vero opportunum vi[...]tur, & tempus patietur [...]terit etiam de nonnullis [...]gmatibus tractari, pro[...] tempore in Congregatio[...] proponentur.

Abbreviata eſt dies Seſſ[...]

a *Supra Seſſ.* 17. b *c. fin. Diſt.* 14. *c. De q*[...] *Diſt.* 20.

S [...]

SESSIO XXV,

Quæ eſt nona & ultima,

B PIO IV, PONT. MAX.

OEPTA DIE III. ABSOLVTA DIE IV. DECEMB. MDLXIII.

cretum de Purgatorio.

Vm Catholica Eccleſia, Spiritu ſancto edocta, ex ſacris litteris, & antiqua m traditione, in ſacris iliis, & noviſſime in hac menica Synodo docue- Purgatorium eſſe; ani- e ibi detentas, fidelium giis, potiſſimum vero tabili altaris ſacrificio i; præcipit ſancta Sy- s Epiſcopis, ut ſanam urgatorio doctrinam, ſanctis Patribus c & ſa- Conciliis traditam, à ti fidelibus credi, te- doceri, & ubique præ- i. diligenter ſtudeant. rudem vero plebem dif- ores ac ſubtiliores quæ- s, d quæque ad ædifi- nem non faciunt, & ex s plerumque nulla fit tis acceſſio, à populari- oncionibus ſecludantur. certa item, vel quæ ſpe- lſi laborant, evulgari actari non permittant. ero quæ ad curioſitatem dam aut ſuperſtitio- ſpectant, vel turpe lu- ſapiunt, tamquam ſcan- & fidelium offendicula ibeant. f Curent autem copi, ut fidelium vivo- ſuffragia, Miſſarum ſci- ſacrificia, orationes, eleemoſynæ, aliaque pietatis opera, quæ à fidelibus pro aliis fidelibus defunctis fieri conſueverunt, ſecundum Eccleſiæ inſtituta pie & devote fiant; & quæ pro illis ex teſtatorum fundationibus, vel alia ratione debentur, non perfunctorie, ſed à ſacerdotibus, & Eccleſiæ miniſtris, & aliis, qui hoc præſtare tenentur, diligenter & accurate perſolvantur.

De invocatione, veneratione, & Reliquiis Sanctorum, & ſacris imaginibus.

MAndat ſancta Synodus g omnibus Epiſcopis, & ceteris docendi munus curamque ſuſtinentibus, ut, juxta Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ uſum, à primævis Chriſtianæ religionis temporibus receptum, ſanctorumque Patrum conſeſſionem, & ſacrorum Conciliorum decreta, in primis de Sanctorum interceſſione, invocatione, Reliquiarum honore, & legitimo imaginum uſu; fideles diligenter inſtruant, docentes eos, Sanctos, una cum Chriſto regnantes, orationes ſuas pro hominibus Deo offerre, bonum atque utile eſſe ſuppliciter eos invocare; h & ob beneficia impetranda à Deo per Filium ejus Jeſum Chriſtum, Domi-

Supra Seſſ. 6. Can. 30. & 22. cap. 2. & Can. 3. Qualis, & ſeq. Diſt. 25. onc. Florent. Seſſ. ult. in d *1 Tim. 1.* e *Concil. Later. ſub Leone X.* f *infra cap. 4. de reform.* g *86. Diſt. in princ. c. Multa, ead. Diſt.* h *Supra Seſſ. 22. cap. 3. de ſacr. Miſſæ.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

Dominum noſtrum, qui ſolus noſter Redemptor & Salvator eſt, ad eorum orationes, opem, auxilium confugere: illos vero qui negant, Sanctos, æterna felicitate in cælo fruentes, invocandos eſſe; aut qui aſſerunt, vel illos pro hominibus non orare; vel eorum, ut pro nobis etiam ſingulis orent, invocationem eſſe idololatriam; vel pugnare cum verbo Dei, adverſarique honori *a* unius mediatoris Dei & hominum Ieſu Chriſti; vel ſtultum eſſe, in cælo regnantibus voce vel mente ſupplicare; impie ſentire, Sanctorum quoque martyrum, & aliorum cum Chriſto viventium ſancta corpora, quæ viva membra fuerunt Chriſti, *b* & templum Spiritus ſancti, ab ipſo ad æternam vitam ſuſcitanda & glorificanda à fidelibus *c* veneranda eſſe: per quæ multa beneficia à Deo hominibus præſtantur: ita ut affirmantes, Sanctorum Reliquiis venerationem atque honorem non deberi; vel eas, aliaque ſacra monumenta à fidelibus inutiliter honorari; atque eorum opis impetrandæ cauſa Sanctorum memorias fruſtra frequentari; omnino damnandos eſſe, *d* prout jam pridem eos damnavit, & nunc etiam damnat Eccleſia. Imagines porro Chriſti, Deiparæ Virginis, & aliorum Sanctorum, in templis præſertim habendas & retinendas, eiſque debitum honorem & venerationem impertiendam; non quod credatur ineſſe aliqua in iis divinitas, vel virtus, propter quam ſint colendæ; vel quod ab eis ſit aliquid petendum;

vel quod fiducia in imag
bus ſit figenda; veluti
fiebat à Gentibus, quæ in
lis *e* ſpem ſuam collocaba
ſed quoniam honos, qui
exhibetur, refertur ad
totypa, quæ illæ repræ
tant: ita ut per imagin
quas oſculamur, & co
quibus caput aperimus
procumbimus, Chriſtum
remus, & Sanctos, quo
illæ ſimilitudinem ger
veneremur, id quod Co
liorum, præſertim ver
cundæ *f* Nicænæ Syno
decretis contra imagi
oppugnatores eſt ſancitum

Illud vero diligenter
ceant Epiſcopi, per h
rias myſteriorum noſtræ
demptionis, picturis ve
liis ſimilitudinibus expre
erudiri & confirmari po
lum in articulis fidei com
morandis, & aſſidue reco
dis: tum vero ex omnibu
cris imaginibus magnum
ctum percipi; non ſolum
admonetur populus benefi
rum & munerum quæ à C
ſto ſibi collata ſunt; ſed et
quia Dei per Sanctos mir
la & ſalutaria exempla oc
fidelium ſubjiciuntur: ut
iis Deo gratias agant,
Sanctorumque imitatio
vitam moreſque ſuos c
ponant; excitenturque
adorandum ac diligen
Deum, & ad pietatem co
dam. Si quis autem his
cretis contraria docuerit,
ſenſerit; anathema ſit.
has autem ſanctas & ſalut
obſervationes ſi qui abuſu
repſerint, eos prorſus ab
ri ſancta Synodus vehem
ter cupit; ſit ut nullæ
dogmatis imagines, &

d

a 1 *Timoth.* 2. b 1 *Cor.* 3. & 6. c *Hieronymus adverſus Vigilantium.* d *Concil. Nicæn.* 2. *Can.* 7. e *Pſal.* f *Conc. Nicæn.* 2. *Actio.* 3 & 6.

periculoſi erroris occa-
n præbentes, ſtatuantur.
ſi aliquando hiſtorias &
iones ſacræ Scripturæ,
id indoctæ plebi expe-
exprimi, & figurari
erit; doceatur popu-
on propterea divinita-
igurari, quaſi corpo-
ulis conſpici, vel co-
s aut figuris exprimi
a Omnis porro ſuper-
in Sanctorum invoca-
, Reliquiarum venera-
& imaginum ſacro uſu
ur; omnis turpis quæ-
iminetur; omnis deni-
ſcivia vitetur; ita ut
i venuſtate imagines
ngantur nec ornentur;
ctorum celebratione, ac
iarum viſitatione ho-
ad comeſſationes atque
tes *b* non abutantur;
eſti dies honorem San-
n per luxum ac laſci-
agantur. Poſtremo,
circa hæc diligentia &
Epiſcopis adhibeatur,
il inordinatum, aut
ſtere, & tumultuarie
modatum, nihil pro-
nihilque inhoneſtum
at; *c* cum domum
ceat ſanctitudo. Hæc
lius obſerventur, ſta-
ncta Synodus, nemini
ullo in loco, vel Ec-
, etiam quomodolibet
ta, ullam inſolitam
vel ponendam curare
nem, *d* niſi ab Epiſco-
robata fuerit: *e* nulla
admittenda eſſe nova
la, *f* nec novas Reli-
ecipiendas, niſi eodem
oſcente & approbante
po, qui ſimul atque de
iis aliquid compertum habuerit, adhibitis in conſilium Theologis, & aliis piis viris, ea faciat, quæ veritati & pietati conſentanea judicaverit. Quod ſi aliquis dubius aut difficilis abuſus ſit extirpandus; vel omnino aliqua de iis rebus gravior quæſtio incidat: Epiſcopus, antequam controverſiam dirimat, Metropolitani & comprovincialium Epiſcoporum in Concilio provinciali ſententiam expectet; ita tamen, ut nihil, inconſulto Sanctiſſimo Romano Pontifice, novum, aut in Eccleſia hactenus inuſitatum decernatur.

De Regularibus & Monialibus.

Eadem ſacroſancta Synodus, *g* reformationem proſequens, ea, quæ ſequuntur, ſtatuenda eſſe cenſuit.

CAPUT I.

Regulares omnes, ad regulæ quam profeſſi ſunt, præſcriptum vitam inſtituant: id ut fiat Superiores ſedulo curent.

QUoniam non ignorat Sancta Synodus, quantum ex monaſteriis pie inſtitutis, & recte adminiſtratis, in Eccleſia Dei ſplendoris atque utilitatis oriatur; neceſſarium eſſe cenſuit, quo facilius ac maturius, ubi collapſa eſt, vetus & Regularis diſciplina inſtauretur, & conſtantius, ubi conſervata eſt, perſeveret, præcipere, prout hoc decreto præcipit, ut omnes Regulares, tam viri quam mulieres, ad Regulæ, quam pro-

L

.de reliq. & ven. ſanct.
Diſt. 44. *& c. Irreligioſa.*
. Diſt. 3. c *Pſal. c.* 92.
cet, de immun. eccl.
Epitome Conſt. Caroli
Magni, tit. de pace, cap. 17.
e *c. Audivimus, de reliq. & ven. Sanctor.* f *c. fin. eod.*
g *Conſule Bullam Greg.* XV. Inſcrutabili. 1622.

profeſſi ſunt, præſcriptam vitam inſtituant & componant; atque in primis, quæ ad ſuæ profeſſionis perfectionem, *a* ut obedientiæ, paupertatis & caſtitatis, ac ſi quæ alia ſunt alicujus Regulæ & Ordinis pecularia vota & præcepta, ad eorum reſpective eſſentiam, nec non ad communem vitam, victum & veſtitum conſervanda pertinentia fideliter obſervent. Omniſque cura & diligentia à Superioribus adhibeatur tam in Capitulis generalibus & provincialibus, quam in eorum viſitationibus, quæ ſuis temporibus facere non prætermittant, ut ab illis non recedatur: *b* cum compertum ſit, ab eis non poſſe ea, quæ ad ſubſtantiam Regularis vitæ pertinent, relaxari: ſi enim illa, quæ baſes ſunt & *c* fundamenta totius Regularis diſciplinæ, exacte non fuerint conſervata; totum corruat ædificium neceſſe eſt.

CAPVT II.

Proprietas Regularibus omnino prohibetur.

NEmini igitur Regularium, tam virorum quam mulierum, liceat bona immobilia, vel mobilia, cujuſcumque qualitatis fuerint, etiam quovis modo ab eis acquiſita, *d* tamquam propria, aut etiam nomine Conventus, poſſidere, vel tenere; ſed ſtatim ea Superiori tradantur, Conventuique incorporentur. Nec deinceps liceat Superioribus bona ſtabilia alicui Regulari concedere, etia[m] uſumfructum vel uſum [...] miniſtrationem aut com[...]dam. Adminiſtratio a[...] bonorum, monaſterioru[m] conventuum ad ſolos o[...]les eorumdem, ad nutu[m] periorum amovibiles, [...]near. Mobilium vero [...] ita Superiores permittan[t] eorum ſuppellex ſtatui[...] pertatis, quam profeſſi [...] conveniat; nihilque [...]flui in ea ſit; nihil e[...] quod ſit neceſſarium, e[...] negetur. Quod ſi quis [...] quidquam tenere depr[e]ſus aut convictus fuer[it] biennio activa & paſſiva [...] privatus ſit; atque [...] juxta ſuæ Regulæ & O[...] conſtitutiones puniatur.

CAPVT III.

Omnia monaſteria, quæ hi[...] prohibentur, poſſunt [...]dere bona immobilia: n[...]rus perſonarum in ill[...] modo facultatum aut [...]moſynatum conſtituen[...] nulla ſine licentia Ep[...] erigenda.

COncedit ſancta Sy[nodus] omnibus monaſteri[is] domibus, tam virorum [...] mulierum, & mendicant[...] *e* exceptis domibus fra[...] ſancti Franciſci, Capu[...]rum, & eorum, qui M[...]rum de Obſervantia v[...]tur, etiam quibus aut ex [con]ſtitutionibus ſuis erat p[...]bitum, aut ex privilegio [...]ſtolico non erat conceſ[...] ut deinceps bona imm[...] eis poſſidere liceat. Qu[...] aliqua loca ex prædictis, [...]

a *Clem. Exivi. §. Cum igitur in primis, de verb. ſign.* b *c. Cum ad monaſterium. in fi. de ſtat. monach.* c *c. Cum Paulus, 1. q. 1.* d *c. 2. & c. Cum ad monaſterium, de ſtat. monach. c. Cui portio. c. [...]dicatis. & c. Expedit, [...] q. 1. Concil. Mogunt. ſub [...]ne IV. cap. 14.* e *c. [...] qui ſeminat, §. Porro, de [...] ſign. in 6.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

… auctoritate Apoſtolica ſi- …ia bona poſſidere permiſ- …a erat, eis ſpoliata ſint; …em omnia illis reſtituenda … decernit. *a* In prædictis …em monaſteriis, & domi- …, tam virorum quam mu- …um, bona immobilia poſ- …ntibus, vel non poſſiden- …us, *b* is tantum numerus …ſtituatur, ac in poſterum …ſervetur, qui vel ex red- …ibus propriis monaſterio- …n, vel ex conſuetis eleëmo- …is commode poſſit ſuſten- … : nec de cetero ſimilia lo- …erigantur *c* ſine Epiſcopi, … cujus diœceſi erigenda …t, licentia prius obtenta.

CAPVT IV.

…ularis ſine Superioris licen- …ia nec ſe obſequio alterius lo- …i aut perſonæ ſubjiciat; nec … conventu recedat: abſens …udiorum cauſa in conventi- …us commoretur.

…Rohibet ſancta Synodus, … ne quis regularis, ſine ſui …perioris licentia, prædica- …nis, vel lectionis, aut cu- …vis pii operis prætextu, …ubjiciat ſe obſequio alicu- … Prælati, Principis, vel …iverſitatis, vel Communi- …is, aut alterius cujuſcum- … perſonæ, ſeu loci; neque …aliquod privilegium, aut …ultas, ab aliis ſuper iis ob- …ta, ſuffragetur. Quod ſi …ntra fecerit, tamquam in- …diens, arbitrio ſuperioris …iatur. Nec liceat regula- ribus à ſuis conventibus rece- dere, etiam prætextu ad Su- periores ſuos accedendi; niſi ab eiſdem miſſi aut vocati fuerint. Qui vero ſine prædi- cto mandato, in ſcriptis ob- tento, repertus fuerit: ab Or- dinariis locorum tamquam deſertor ſui inſtituti puniatur. Illi autem qui ſtudiorum cau- ſa ad Vniverſitates mittun- tur, in conventibus tantum habitent: alioquin ab Ordi- nariis contra eos procedatur.

CAPVT. V.

Clauſuræ monialium, præſertim quæ extra urbes agunt, providetur.

BOnifacii octavi Conſtitu- tionem, quæ incipit *e* Pe- riculoſo, renovans ſancta Sy- nodus, univerſis Epiſcopis, ſub obteſtatione divini judi- cii, & interminatione male- dictionis æternæ, præcipit, ut in omnibus monaſteriis ſi- bi ſubjectis, ordinaria, in aliis vero Sedis Apoſtolicæ aucto- ritate, *f* clauſuram Sancti- monialium, ubi violata fue- rit, diligenter reſtitui; & ubi inviolata eſt, conſervari ma- xime procuret: inobedientes atque contradictores per cen- ſuras eccleſiaſticas, aliaſque pœnas, quacumque appella- tione poſtpoſita, compeſcen- tes, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis. Quod auxilium ut præbeatur, omnes Chriſtianos Principes hortatur ſancta Sy- nodus,

… *Conc. Arelat. 4. c. 8. c. 1. & …Auctoritate, de inſtit. c. Quo- …m, ut ait. de vit. & hon. …ic. c. un. §. Sane ut hoc, de … regul. in 6.* b *Vide Conſt. …* V. Circa. 1566. c *Vide …ſt. Clementis* VIII. Quo- …m. 1603. d *c. Quanto, …oſſ. ord. Clem. Ne in agro. §. Quia vero, de ſtat. mon. & c. Non magnopere, ne cler. vel monach. c. Placuit, & c. Mo- nachi. in 2. 16. q. 1.* e *Vide infra* XXXIII. f *Vide Conſt. Pii* V. Circa. 1566. *&* De- cori. 1569. *Gregorii* XIII. Deo ſacris. 1572. Vbi gratiæ, 1575. *&* Dubiis. 1581.

nodus, & ſub excommunicationis pœna, ipſo facto incurrenda, omnibus magiſtratibus ſæcularibus injungit. *a* Nemini autem Sanctimonialium liceat poſt profeſſionem exire à monaſterio, etiam ad breve tempus, quocumque prætextu, niſi ex aliqua legitima cauſa, ab Epiſcopo approbanda: indultis quibuſcumque & privilegiis non obſtantibus. *b* Ingredi autem intra ſepta monaſterii nemini liceat, cujuscumque generis, aut conditionis, ſexus vel ætatis fuerit, ſine Epiſcopi vel Superioris licentia, in ſcriptis obtenta, ſub excommunicationis pœna, ipſo facto incurrenda. Dare autem tantum Epiſcopus vel Superior licentiam debet in caſibus neceſſariis, neque alius ullo modo poſſit, etiam vigore cujuscumque facultatis, vel indulti hactenus conceſſi, vel in poſterum concedendi. Et quia monaſteria Sanctimonialium extra mœnia urbis vel oppidi conſtituta, malorum hominum prædæ, & aliis facinoribus ſine ulla ſæpe cuſtodia ſunt expoſita; curent Epiſcopi, & alii Superiores, ſi ita videbitur expedire, ut Sanctimoniales ex iis ad nova, vel antiqua monaſteria intra urbes vel oppida frequentia reducantur, invocato etiam auxilio, ſi opus fuerit, brachii ſæcularis. Impedientes vero, vel non obedientes, per cenſuras eccleſiaſticas parere compellant.

CAPUT VI.

Ratio eligendi Superiori

IN electione Superior quorumcumque, Abba temporalium, & aliorum ficialium, ac Generali & Abbatiſſarum, atque rum Præpoſitarum, quo nia recte & ſine ulla fr fiant, in primis ſancta S dus diſtricte præcipit, o ſupradictos eligi debere vota ſecreta; ita ut ſing rum eligentium no numquam publicentur. in poſterum liceat, Provin les, aut Abbates, Priores, alios quoſcumque Titul ad effectum electionis fac dæ conſtituere; aut voc ſuffragia abſentium ſup re. Si vero contra hujus creti conſtitutionem ali electus fuerit, electio i ſit; & is, qui ad hunc ctum ſe in Provincial Abbatem aut Priorem c permiſerit, deinceps ad nia officia, in religione tinenda, inhabilis exſiſ facultateſque ſuper his c ceſſæ eo ipſo abrogatæ ſeantur; &, ſi in poſterum liæ concedantur, tamqu ſurreptitiæ habeantur.

CAPUT VII.

Quæ, & quomodo in Ab tiſſæ, & quocumque no ne præfectas eligendæ: bus monaſteriis nulla pr ciatur.

ABbatiſſa, & Prioriſſa quocumque alio nom Præfecta vel Præpoſita ap letur, eligatur *c* non mi

a

a Concil. Cabilonenſ. 1. cap. 57. & 62. b *Conc. Matiſcon. 1. c. 2. Arelaten. 4. c. 7. Cabilon. 2. cap. 63. & Hiſpal. 2.* c. 12. c. *Diffinimus, & ſ* 18. q. 2. c *Concil. Ag* c. 19. c. *Iuvenculas, & ſ* 20. q. 1.

nis quadraginta, & quæ
lo annis poſt expreſſam
ofeſſionem laudabiliter vi-
rit. Quod ſi his qualitati-
s non reperiatur in eodem
onaſterio, ex alio ejuſdem
dinis eligi poſſit. Si hoc et-
m incommodum Superiori,
i electioni præeſt, videa-
r; ex iis *a* quæ in eodem
onaſterio annum trigeſi-
um exceſſerint, & quinque
ltem annis poſt profeſſio-
m recte vixerint, Epiſcopo,
l alio Superiore conſen-
nte, eligatur. *b* Duobus
ro monaſteriis nulla præfi-
atur. Et, ſi qua duo vel
ura quocumque modo ob-
net, cogatur, uno excepto,
ra ſex menſes cetera reſi-
are. Poſt id vero tempus,
ſi reſignaverit, omnia ipſo
re vacent. Is vero qui ele-
ioni præeſt, Epiſcopus, ſi-
alius Superior, clauſtra
onaſterii non ingrediatur;
l ante cancellorum feneſtel-
m vota ſingularum audiat,
l accipiat. In reliquis ſer
ntur ſingulorum Ordinum
l monaſteriorum conſtitu-
ones.

CAPVT VIII.

egimen monaſteriorum non habentium ordinarios regulares Viſitatores quomodo inſtituendum.

MOnaſteria omnia, quæ
generalibus Capitulis aut
iſcopis non ſubſunt, nec
os habent ordinarios regu-
res Viſitatores, ſed ſub im-
ediata Sedis Apoſtolicæ
otectione ac directione regi
nſueverunt, teneantur infra
num à fine præſentis Con-
cilii, & deinde quolibet trien-
nio ſeſe in congregationes re-
digere, juxta formam Conſti-
tutionis Innocentii III, in
Concilio generali, quæ inci-
pit, *c* In ſingulis; ibique cer-
tas regulares perſonas depu-
tare, quæ de modo & ordine,
de prædictis congregationi-
bus erigendis, ac ſtatutis in
eis exequendis deliberent &
ſtatuant: Quod ſi in his negli-
gentes fuerint; liceat Metro-
politano, in cujus provincia
prædicta monaſteria ſunt,
tamquam Sedis Apoſtolicæ
delegato, eos pro prædictis
cauſis convocare. Quod ſi in-
fra limites unius provinciæ
non ſit ſufficiens talium mo-
naſteriorum numerus ad eri-
gendam congregationem,
poſſint duarum vel trium
provinciarum monaſteria u-
nam facere congregationem.
Ipſis autem congregationibus
conſtitutis, illarum genera-
lia capitula, & ab illis electi
Præſides vel Viſitatores eam-
dem habeant auctoritatem in
ſuæ congregationis monaſte-
ria, ac regulares in eis com-
morantes, quam alii Præſi-
des, ac Viſitatores in ceteris
habent Ordinibus: tenean-
turque ſuæ congregationis
monaſteria frequenter viſita-
re, & illorum reformationi in-
cumbere; & ea obſervare, quæ
d in ſacris Canonibus, & in
hoc ſacro Concilio ſunt decre-
ta. Quod ſi etiam, Metropo-
litano inſtante, prædicta exe-
qui non curaverint; Epiſco-
pis, in quorum diœceſibus
loca prædicta ſita ſunt, tam-
quam ſedis Apoſtolicæ dele-
gatis, ſubdantur.

a c. *Indemnitatibus de elect.* 6. b *Concil. Agath. cap.* . *Epann. cap.* 9. *& Cabil-* . *cap.* 12. *c. ult.* 20. *q. ult.* *Vnum*, 21. *q.* 1. c *Vide inf.* XXXVII. d *Toto tit. de ſtat. regul. in* 6. *& Clem. c. Ex tit. de verb. ſig. in* 6. *& Clemen. Exivi, eod.*

CAPUT IX.

Monaſteria Monialium immediate ſubjecta Sedi Apoſt. ab Epiſcopo regantur; alia vero à deputatis in Capitulis generalibus, vel aliis Regularibus.

Monaſteria Sanctimonialium ſanctæ Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecta, etiam ſub nomine Capitulorum ſancti Petri, vel ſancti Joannis, vel alias quomodocumque nuncupentur, *a* ab Epiſcopis, tamquam dictæ ſedis delegatis, gubernentur, non obſtantibus quibuſcumque. Quæ vero à deputatis in Capitulis generalibus, vel ab aliis Regularibus, reguntur; ſub eorum cura & cuſtodia relinquantur.

CAPUT X.

Moniales unoquoque menſe confiteantur & communicent: de confeſſario extraordinario iis ab Epiſcopo provideatur: apud illas extra publicam Eccleſiam Euchariſtia non conſervetur.

Attendant diligenter Epiſcopi, & ceteri Superiores monaſteriorum Sanctimonialium, ut in conſtitutionibus earum admoneantur Sanctimoniales, *b* ut ſaltem ſemel ſingulis menſibus confeſſionem peccatorum faciant; & ſacroſanctam Euchariſtiam ſuſcipiant; ut eo ſe ſalutari præſidio muniant ad omnes oppugnationes dæmonis fortiter ſuperandas. Præter ordinarium autem confeſſorem alius extraordinarius ab Epiſcopo, & aliis Superioribus bis aut ter in anno offeratur, qui omnium confeſſiones audire debeat. Quod vero ſanctiſſimum Chriſti corpus intra chorum vel ſepta mo[naſterii], & non in publica [Ec]cleſia conſervetur; prohi[bet] ſancta Synodus; non obſt[ante] quocumque indulto, [ſeu] privilegio.

CAPUT XI.

In monaſteriis quibus immi[net] cura perſonarum ſæcularium [...] præter eas quæ ſunt de illor[um] familia, viſitet Epiſcopus, [...] eidem curæ præficiendas e[xa]minet, certis exceptis.

In monaſteriis ſeu domi[bus] virorum ſeu mulierum, q[ui]bus imminet animarum c[ura] perſonarum ſæcularium, p[ræ]ter eas quæ ſunt de illor[um] monaſteriorum ſeu locor[um] familia, perſonæ, tam re[gu]lares quam ſæculares, huj[uſ]modi curam exercentes, ſ[ub]ſint immediate in iis quæ [ad] dictam curam & Sacram[en]torum adminiſtrationem p[er]tinent, juriſdictioni, viſi[ta]tioni, & correctioni Epiſ[co]pi in cujus diœceſi ſunt ſi[ta]. *c* Nec ibi aliqui, etiam ad n[u]tum amovibiles, deputen[tur] niſi de ejuſdem conſenſu, [ac] prævio examine, per eum [aut] ejus Vicarium faciendo; [ex]cepto monaſterio Cluniac[enſi] cum ſuis limitibus, & ex[ce]ptis etiam iis monaſteriis [ſeu] locis, in quibus Abbates [ge]nerales, aut Capita Ordin[um] ſedem ordinariam princi[pa]lem habent, atque aliis m[o]naſteriis ſeu domibus, in q[ui]bus Abbates, aut alii Regu[la]rium Superiores juriſdict[io]nem Epiſcopalem & tem[po]ralem in Parochos & pa[ro]chianos exercent; ſalvo [ta]men eorum Epiſcoporum [ju]re, qui majorem in prædi[cta] loca vel perſonas juriſdict[io]nem exercent.

C

a c. *Cognovimus*, 18. q. 2.
b *Clem. Ne in agro*, 6. *Sane*, *de ſtat. mon.*
c c. *Qui* [...]*gioſis*, 18. q. 2.

CAPVT XII.

ſormentur Regulares ſæcu-ribus in obſervatione cen-ſurarum Epiſcopalium, & ſtorum diœceſis.

Enſuræ & interdicta, ne-dum à Sede Apoſtolica anata, ſed etiam ab Ordi-iis promulgata, mandan-tpiſcopo, *a* à Regularibus eorum Eccleſiis publicen-, atque ſerventur. *b* Dies m feſti, quos in diœceſi ſervandos idem Epiſcopus ceperit, ab exemptis om-us, etiam Regularibus ſer-tur.

CAPVT XIII.

troverſias de præcedentia è eſtigio componet Epiſcopus. ixempti non in ſtrictiori auſura viventes ad Suppli-ationes publicas accedere ompellantur.

Ontroverſias omnes de præcedentia, quæ per-e maximo cum ſcandalo untur inter eccleſiaſticas ſonas, tam ſæculares quam ulares, cum in Proceſſio-ous publicis, tum in iis quæ nt in tumulandis defuncto-n corporibus, & in defe-da umbella, & aliis ſimili-, Epiſcopus, amota omni pellatione, & non obſtan-us quibuſcumque, compo-. Exempti autem omnes, n clerici ſæculares quam ulares, quicumque etiam onachi, ad publicas Pro-ſiones vocati, accedere mpellantur; iis tantum ex-ceptis, qui in ſtrictiori clau-ſura perpetuo vivunt.

CAPVT XIV.

Regulari publice delinquenti pœna à quo irroganda.

d Regularis, non ſubditus Epiſcopo, qui intra clauſtra monaſterii degit, & extra ea ita notoriè deliquerit, ut populo ſcandalo ſit, Epiſcopo inſtante, à ſuo Superiore intra tempus, ab Epiſcopo præfigendum, ſevere puniatur, ac de punitione Epiſcopum certiorem faciat: *e* ſin minus, à ſuo Superiore officio privetur, & delinquens ab Epiſcopo puniri poſſit.

CAPVT XV.

Profeſſio non fiat niſi anno probationis exacto, & decimo ſexto ætatis completo.

In quacumque religione, tam virorum quam mulierum, profeſſio non fiat ante decimum ſextum annum expletum; nec qui minore tempore, *f* quam per annum, poſt ſuſceptum habitum in probatione ſteterit, ad profeſſionem admittatur. *g* Profeſſio autem antea facta ſit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicujus Regulæ, vel religionis, vel ordinis obſervationem, aut ad alios quoſcumque effectus.

CAPVT XVI.

Renuntiatio aut obligatio facta ante duos menſes proximos profeſſioni ſit nulla. Finita proba-

a Clemens I. *de ſent. exc.* . *De his*, 12. *Diſt. Vide Con.* Pii V. Cum primum. 1566. *Vide Bullam* Pii V. 1568. vina, & *Greg.* XIII. 1588. poſcit. d *Super hujus de-ti execut. extat Conſt. Cle-ns.* VIII. Suſcepti muneris. 1596. e *c. fin.* §. *Si vero, de ſta. mon.* f *c. Gonſaldus* 17. *q.* 2. *c. Ad Apoſt. de Regul. & c. Non ſolum, eod. in* 6. g *c. Ad noſtram. c. Cum virum. & c. Poſtulaſti, de Regular. & c.* 1. *eod. in* 6.

probatione, novitii aut profiteantur, aut ejiciantur. In pio Clericorum Societatis JESU *inſtituto nihil innovatur. Cavetur ne quid ex bonis novitii monaſterio tribuatur ante profeßionem.*

NVlla quoque renuntiatio aut obligatio antea facta, etiam cum juramento, vel in favorem cujuſcumque cauſæ piæ, valeat, niſi cum licentia Epiſcopi, ſive ejus Vicarii fiat, intra duos menſes proximos ante profeſſionem; ac non alias intelligatur effectum ſuum ſortiri, niſi ſecuta profeſſione: aliter vero facta, etiam ſi cum hujus favoris expreſſa renuntiatione, etiã jurata; ſit irrita, & nullius effectus. *a* Finito tempore novitiatus, Superiores, novitios, quos habiles invenerint, ad profitendum admittant, aut è monaſterio eos ejiciant. Per hæc tamen ſancta Synodus non intendit aliquid innovare, aut prohibere, quin *b* religio Clericorum Societatis JESV, juxta pium eorum inſtitutum, *c* â ſancta Sede Apoſtolica approbatum, Domino & ejus Eccleſiæ inſervire poſſint: ſed neque ante profeſſionem, excepto victu & veſtitu, novitii vel novitiæ illius temporis, quo in probatione eſt, quocumque prætextu, à parentibus, vel propinquis, aut curatoribus ejus monaſterio aliquid ex bonis ejuſdem tribuatur, ne hac occaſione diſcedere nequeat, quod totam vel majorem partem ſubſtantiæ ſuæ monaſterium poſſideat, ne facile, ſi diſceſſerit,

id recuperare poſſit, quin
tius præcipit ſancta Sync
ſub anathematis pœna da
bus & recipientibus, ne ho
lo modo fiat; & ut abeunt
ante profeſſionem *d* om
reſtituantur, quæ ſua er
quod ut recte fiat, Epiſcop
etiam per cenſuras eccleſia
cas, ſi opus fuerit, compel

CAPVT XVII.

Puella major duodecim ann
habitum regularem ſuſci
voluerit, exploretur ab O
nario; iterumque ante p
feßionem.

e LIbertati profeſſionis v
ginum Deo dicandar
proſpiciens ſancta Synod
ſtatuit atque decernit, ut
puella, quæ habitum regu
rem ſuſcipere voluerit, ma
duodecim annis ſit, non a
eum ſuſcipiat; nec poſtea i
vel alia promiſſionem em
tat, quam *f* exploraverit E
ſcopus, vel eo abſente vel i
pedito, ejus vicarius, aut a
quis eorum ſumptibus ab
deputatus, virginis volunt
tem diligenter, *g* an coact
an ſeducta ſit, an ſciat qu
agat; & ſi voluntas ejus p
ac libera cognita fuerit; h
bueritque conditiones requ
ſitas juxta monaſterii illius
Ordinis regulam, necnon m
naſterium fuerit idoneum;
bere ei profiteri liceat, cuj
profeſſionis tempus ne Ep
ſcopus ignoret, teneatur Pra
fecta monaſterio eum an
menſem certiorem facere
quod ſi Præfecta certiore
Epiſcopum non fecerit
quamdiu Epiſcopo videb
tur, ab officio ſuſpenſa ſit.

C A

a c. *Cum Cauſam, in fi. de elect.* b *Vide Conſt. Gregorii* XIII. Aſcendente Domino. 1584. c *Vide Bullam Pauli* III Regimini. 1540. *&* *Iulii* III. Expoſcit. 1550. d c. *Si qui* 17. *q.* 2. e c. *Cum virum,* *Reg.* f c. *Illud,* 20. *q.* 1. g c. *Nullus, de regul.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

APVT XVIII.

*uis, præterquam in caſibus
ure expreſſis, cogat mulie-
n ad ingrediendum mona-
rium, aut ingredi volen-
n prohibeat: Pœniten-
m ſeu Convertitarum con-
utiones ſerventur.*

athemati ſancta Syno-
lus ſubjicit omnes & ſin-
s perſonas, cujuſcumque
itatis vel conditionis fue-
, tam Clericos quam laï-
ſæculares vel regulares,
e etiam qualibet digni-
fungentes, ſi quomodo-
ique coëgerint aliquam
nem, vel viduam, aut
n quamcumque mulie-
invitam, *a* præterquam
ſibus in jure expreſſis, ad
ediendum monaſterium,
d ſuſcipiendum habitum
ſcumque religionis, vel
mittendam profeſſionem;
ue conſilium, auxilium
avorem dederint; quique
tes eam non ſponte in-
monaſterium, aut ha-
n ſuſcipere, aut profeſ-
em emittere; quoquo
o eidem actui vel præ-
am, vel conſenſum, vel
oritatem interpoſuerint.
mili quoque anathemati
icit eos, qui ſanctam vir-
m vel aliarum mulierum
ntatem vel accipiendi,
voti emittendi, quoquo
o ſine juſta cauſa impe-
nt. Eaque omnia, & ſin-
, quæ ante profeſſionem,
in ipſa profeſſione fieri
tet, ſerventur non ſolum
onaſteriis ſubjectis Epi-
o, ſed & in aliis quibuſ-
que. *c* Ab his tamen ex-
cipiuntur mulieres, quæ Pœnitentes aut Convertitæ appellantur: in quibus conſtitutiones earum ſerventur.

CAPVT XIX.

Quomodo in cauſis deficientium à Religione procedendum.

QVicumq; Regularis *d* prætendat, ſe per vim & metum ingreſſum eſſe, Religionem, aut etiam dicat, ante ætatem debitam profeſſum fuiſſe, aut quid ſimile; velitque habitum dimittere quacumque de cauſa, aut etiam cum habitu diſcedere ſine licentia Superiorum; non audiatur, niſi intra quinquennium tantum à die profeſſionis; & tunc non aliter, niſi cauſas, quas prætenderit, deduxerit coram Superiore ſuo, & Ordinario. *e* Quod ſi antea habitum ſponte dimiſerit, nullatenus ad allegandum quamcumque cauſam admittatur; ſed ad monaſterium redire cogatur, & tamquam apoſtata puniatur; interim vero nullo privilegio ſuæ religionis juvetur. *f* Nemo etiam Regularis cujuſcumque facultatis vigore transferatur ad laxiorem religionem; nec detur licentia cuiquam Regulari occulte ferendi habitum ſuæ religionis.

CAPVT XX.

Superiores Ordinum Epiſcopis non ſubjecti, inferiora monaſteria viſitent ac corrigant, etiam commendata.

ABbates, qui ſunt Ordinū Capita, ac cæteri prædicto-

L 5 rum

*c. Significavit, & c. Gau-
nus, de converſ. conjug.
oncil. Tolet. 3. can. 10.
uella, 20. q. 2. c. ult. 31.
c Concil. Tolet. 4. c. 54.*

in fine. d *c. Puellæ, 20. q. 1. c. Cum virum de Regul.*
e *Concil. Arelat. 1. c. ult. & Arel. 2. c. 25.* f *Supra Seſſ. 14. cap. 11. de reformat.*

rum Ordinum Superiores, Epiſcopis non ſubjecti, quibus eſt in alia inferiora monaſteria Prioratuſve legitima juriſdictio, eadem illa ſibi ſubdita monaſteria & Prioratus, ſuo quiſque loco atque ordine, ex officio viſitent, etiam ſi commendata exſiſtant. Quæ cum Ordinum ſuorum Capitibus ſubſint, declarat ſancta Synodus, in iis *a* quæ alias de viſitatione monaſteriorum commendatorum definita ſunt, non eſſe comprehenſa: teneanturque quicumque prędictorum Ordinum monaſteriis præſunt, prædictos Viſitatores recipere, & illorum ordinationes exequi. Ipſa quoque monaſteria, quæ ſunt Ordinum Capita, juxta ſanctæ Sedis Apoſtolicæ, & cujuſque Ordinis conſtitutiones viſitentur. Et quamdiu durabunt hujuſmodi commendæ, Priores clauſtrales, aut in Prioratibus conventum habentibus, Subpriores, qui correctiones & ſpirituale regimen exercent, à Capitulis generalibus, vel ipſorum Ordinum Viſitatoribus, inſtituantur. In ceteris omnibus præfatorum Ordinum privilegia, & facultates, quæ ipſorum perſonas, loca & jura concernunt, firma ſint & illæſa.

CAPUT XXI.

Monaſteria Regularibus conferantur: Ordinum Capita nemini in poſterum commendentur.

CVm pleraque monaſteria, *b* etiam Abbatiæ, Prioratus, & Præpoſituræ, ex mala eorum, quibus commiſſa fuerunt, adminiſtratione non levia paſſa fuerint tam in ſpiritualibus quam in tempor bus detrimenta; cupit ſan Synodus ea ad congruam m naſticæ vitæ diſciplinam o nino revocare. verum ac dura difficiliſque eſt præſ tium temporum conditio, nec ſtatim omnibus, nec co mune ubique, quod optat remedium poſſit adhiberi; tamen mihi prætermitta unde prædictis ſalubriter a quando provideri poſſit; p mum quidem confidit, Sa ctiſſimum Romanum Pon ficem pro ſua pietate & pr dentia curaturum, quantu hæc tempora ferre poſſe vi rit, ut iis, quæ nunc comme data reperiuntur, & quæ ſu conventus habent, regula perſonæ, ejuſdem Ordi expreſſæ profeſſæ, & quæ g gi præire & præeſſe poſſi præficiantur. *c* Quæ vero poſterum vacabunt, non n regularibus ſpectatæ virt tis & ſanctitatis conferantu Quo ad ea vero monaſter quæ Capita ſunt ac Primat Ordinum, ſive Abbatiæ, ſi Prioratus, filiæ illorum C pitum nuncupantur, tenea tur illi, qui in præſenti ea commendam obtinent, niſi eis de regulari ſucceſſore pr viſum, infra ſex menſes r ligionem illorum Ordinu propriam ſolemniter profi ri, aut iis cedere: alias com mendæ prædictæ ipſo ju vacare cenſeantur. Ne aute in prædictis omnibus & ſi gulis fraus aliqua adhibe poſſit; mandat ſancta Syn dus, ut in proviſionibus d ctorum monaſteriorum qu litas ſingulorum nominati exprimatur: aliterque fact proviſio ſurreptitia eſſe ce ſeatu

a *Supra Seſſ. 21. de reform. cap. 8.* b *Concil. Later. ſub Leone X. Seſſ. 9. de reformat. Curia.* c *Supra Seſſ. 24. ca 10. de reformat. Clem. un. ſupra neg. Pral.*

...: nullaque ſubſequenti
...ſione, etiam triennali,
...etur.

...APVT XXII.

*...cta de reformatione Re-
...rium nulla mora inter-
...ta obſerventur.*

...Ec omnia & ſingula
...n ſuperioribus decretis
...enta, obſervari ſancta
...dus præcipit in omnibus
...obiis ac monaſteriis, col-
... ac domibus quorum-
...que monachorum, ac re-
...rium, necnon quarum-
...que Sanctimonialium
...num, ac viduarum, et-
...ſi illæ ſub gubernio mili-
...m, etiam Ieroſolymita-
... vivant, & quocumque
...ine appellentur, ſub qua-
...que regula, vel conſtitu-
...ibus, & ſub cuſtodia vel
...ernatione, vel quavis ſub-
...one, aut annexione, vel
...ndentia cujuſcumque Or-
...s; mendicantium, vel
...mendicantium, vel alio-
... regularium monacho-
... aut canonicorum quo-
...cumque non obſtantibus
...m omnium & ſingulo-
... *a* privilegiis ſub quibuſ-
...que formulis verborum
...ceptis, ac Mare magnum
...ellatis, etiam in fundatio-
...btentis, nec non conſtitu-
...ibus & regulis, etiam ju-
...s, atque etiam conſuetu-
...bus vel præſcriptionibus,
...m immemorabilibus. Si
... vero regulares tam viri
...m mulieres ſunt, qui ſub
...tiori regula vel ſtatutis
...unt, excepta facultate ha-
...di bona ſtabilia in com-
...ni, eos ab eorum inſtituto
...obſervantia ſancta Syno-
... amovere non intendit Et
...a ſancta Synodus deſide-
..., ut omnia & ſingula ſu-

pradicta quamprimum executioni demandentur; præcipit omnibus Epiſcopis, in monaſteriis ſibi ſubjectis, & in omnibus aliis, ipſis in ſuperioribus decretis ſpecialiter commiſſis, atque omnibus Abbatibus, & Generalibus, & aliis Superioribus Ordinum ſupradictorum, ut ſtatim prædicta exequantur. Et ſi quid executioni mandatum non ſit, Epiſcoporum negligentiam Concilia provincialia ſuppleant, & coërceant. Regularium vero Capitula provincialia & generalia, & in defectum Capitulorum generalium, Concilia provincialia, per deputationem aliquorum ejuſdem Ordinis provideant. Hortatur etiam ſancta Synodus omnes Reges, Principes, Reſpublicas & Magiſtratus, & in virtute ſanctæ obedientiæ præcipit ut velint prædictis Epiſcopis, Abbatibus ac Generalibus, & ceteris Præfectis in ſuperius contentæ reformationis executione ſuum auxilium & auctoritatem interponere, quoties fuerint requiſiti; ut ſine ullo impedimento præmiſſa recte exequantur ad laudem Dei omnipotentis.

Decretum de Reformatione.

CAPVT I.

Cardinales, & omnes Eccleſiarum Prælati modeſtam ſupellectilem & menſam habeant: conſanguineos familiareſve ſuos ex bonis Eccleſiæ non augeant.

OPtandum eſt, ut ii qui Epiſcopale miniſterium ſuſcipiunt, quæ ſuæ ſint partes agnoſcant; ac ſe non ad propria commoda, non ad divitias aut luxum, ſed ad labores

a *Vide inf.* LII. *Bullam Pii* IV. In principis Apoſtolorum.

bores & ſollicitudines pro Dei gloria vocatos eſſe intelligant. *a* Nec enim dubitandum eſt, & fideles reliquos ad religionem innocentiamque facilius inflammandos, ſi Præpoſitos ſuos viderint non ea quæ mundi ſunt, ſed animarum ſalutem, ac cæleſtem patriam cogitantes. Hæc cum ad reſtituendam eccleſiaſticam diſciplinam præcipua eſſe ſancta Synodus animadvertat; admonet Epiſcopos omnes, ut ſecum ea ſæpe meditantes, factis etiam ipſis, ac vitæ actionibus, quod eſt veluti perpetuum quoddam prædicandi genus, ſe muneri ſuo conformes oſtendant: in primis vero ita mores ſuos omnes componant, ut reliqui ab eis frugalitatis, modeſtiæ, continentiæ, ac quæ nos tantopere commendat Deo, *b* ſanctæ humilitatis exempla petere poſſint. Quapropter, exemplo Patrum noſtrorum in *c* Concilio Carthaginenſi, non ſolum jubet, ut Epiſcopi modeſta ſupellectili & menſa ac frugali victu contenti ſint; verum etiam in reliquo vitæ genere, ac tota ejus domo caveant, ne quid appareat, quod à ſancto hoc inſtituto ſit alienum; quodque non ſimplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præ ſe ferat. *d* Omnino vero eis interdicit, ne ex redditibus eccleſiæ conſanguineos familiareſve ſuos augere ſtudeant: cum & Apoſtolorum *e* Canones

prohibeant, ne res eccleſi
cas, *f* quæ Dei ſunt, con
guineis donent; ſed, ſi pa
res ſint, iis ut pauperibus
tribuant; eas autem non
trahant nec diſſipent illo
cauſa: imo, quam max
poteſt, eos ſancta Syno
monet, ut omnem huma
hunc erga fratres, nep
propinquoſque carnis
ctum, unde multorum m
rum in Eccleſia ſeminar
exſtat, penitus deponant. C
vero de Epiſcopis dicta ſ
eadem non ſolum in quil
cumque beneficia eccleſia
ca, tam ſæcularia quam re
laria, obtinentibus, pro g
dus ſui conditione obſerv
g ſed & ad ſanctæ Roma
Eccleſiæ Cardinales pertin
decernit: quorum conſili
pud Sanctiſſimum Roman
Pontificem cum univerſ
Eccleſiæ adminiſtratio ni
tur, nefas videri poteſt, r
iis etiam virtutum inſignib
ac vivendi diſciplina eos f
gere, quæ merito omnium
ſe oculos convertant.

CAPVT II.

*A quibus nominatim decre
Concilii ſolemniter recipi
& doceri debeant.*

COgit temporum calam
tas, & invaleſcenti
hæreſum malitia, ut nihil
prætermittendum, quod
populorum ædificationem,
Catholicæ fidei præſidium v
deatur poſſe pertinere. *h* Pr
cip

a *c. Magna de voto, c. Qualiter. & quando de accuſ. Supra Seſſ. 22. de reformat. cap. 1. in princ.* b *Pſalm. 101. Eccli. 3. & 35. Mat. 10. & 18.* c *Conc. Carth. in c. Epiſcopus, 41. Diſt. Supra Seſſ. 2.* d *Conc. Antioch. c. 25. c. Quiſquis, c. Sint manifeſta, c. Epiſcopus, & c. Res eccleſiæ. cum ſeq. 12. q. c. Quiſquis. 12. q. 2.* e *Cano Apoſt. 39. & 75.* f *c. Qu niam, 16. q. 1. c. Cum ſecun dum, de Præb. & c. Cum exc de elect. in 6.* g *Conc. Late ſub Leone X. Seſſ. 9. de reform Curiæ.* h *Supra Seſſ. 24. de r format. c. 2.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

... igitur ſancta Synodus ...archis, Primatibus, Ar- ...piſcopis, Epiſcopis, & ...ibus aliis, qui de jure vel ...etudine in Concilio pro- ...ali intereſſe debent, ut ...ſa prima Synodo pro- ...ali, poſt finem præſentis ...ilii habenda, ea omnia & ...la quæ ab hac ſancta Sy- ... definita & ſtatuta ſunt, ...n recipiant; *a* nec non ...n obedientiam Summo ...ano Pontifici ſpondeant ...fiteantur; ſimulq; *b* hæ- ...omnes, à ſacris Canoni- ...& generalibus Conciliis; ...rtimque ab hac eadem ...do damnatas, *c* publice ...tentur & anathemati- ... Idemque in poſterum ...amque in Patriarchas, ...ates, Archiepiſcopos E- ...poſque promovendi, in ...a Synodo provinciali, in ...ſi interfuerint, omnino ...vent. Quod ſi quis ex ſu- ...ctis omnibus, quod ab- ...enuerit; Epiſcopi com- ...nciales ſtatim ſummum ...num Pontificem admo- ...ſub pœna divinæ indi- ...onis teneantur; inte- ...e ab ejuſdem commu- ...abſtineant. Ceteri vero ...s, ſive in præſenti, ſive ...rum beneficia eccleſia- ...habituri; & qui in Sy- ... diœceſana convenire ...t, idem ut ſupra, in ea ...do, quæ primo quoque ...ore celebrabitur, faciant ...ervent: alias ſecundum ...m ſacrorum Canonum ...ntur. Ad hæc omnes ii, ...os Vniverſitatum & Stu- ...m generalium cura, viſitatio & reformatio pertinet, diligenter curent, ut ab eiſdem Vniverſitatibus Canones & decreta hujus ſanctæ Synodi integre recipiantur, ad eorumque normam Magiſtri, Doctores, & alii in eiſdem Vniverſitatibus ea, quæ *d* Catholicæ fidei ſunt, doceant & interpretentur; ſeque ad hoc inſtitutum initio cujuſlibet anni ſolemni juramento obſtringant: ſed & ſi aliqua alia in prædictis Vniverſitatibus correctione & reformatione digna fuerint, ab eiſdem, ad quos ſpectat, pro religionis & diſciplinæ eccleſiaſticæ augmento emendentur, & ſtatuantur. Quæ vero Vniverſitates immediate Summi Romani Pontificis protectioni & viſitationi ſunt ſubjectæ; has ſua Beatitudo per ejus delegatos eadem, qua ſupra, ratione, &, prout ei utilius viſum fuerit, ſalubriter viſitari & reformari curabit.

CAPVT III.

Excommunicationis gladio temere non utendum: ubi executio realis aut perſonalis fieri poteſt, à cenſuris abſtinendum; iiſque civili magiſtratui ſe immiſcere nefas eſto.

QVamvis *e* excommunicationis gladius nervus ſit eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ad continendos in officio populos valde ſalutaris; ſobrie tamen magnaque circumſpectione exercendus eſt: cum experientia doceat, ſi temere, aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni quam formi-

... *Vide Bullam profeſſionis* ... *Pii IV. infra pag.* xl. ...*e Bullam Clement.* VIII. ...inici. 1603. c *c. 2. in* ...*e ſumma Trinit. c. Sicut,* ... *Excommunicamus*, 13. *de*

hæret. d *Supra Seſſ.* 5. *c.* 1. *de reformat.* e *c. Dilecto, de ſentent. excomm. in* 6. *c. Multi, in princ.* 2. *q.* 1. *c. Viſis, in fine.* 16. *q.* 2. *c. Corripiantur,* 24. *q.* 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

formidari; & perniciem potius parere quam ſalutem. Quapropter excommunicationes illæ, quæ monitionibus præmiſſis *a* ad finem revelationis, ut ajunt, aut pro deperditis ſeu ſubtractis rebus ferri ſolent, à nemine prorſus, præterquam ab Epiſcopo, decernantur; & tunc non alias, quam ex re non vulgari, cauſaque diligenter *b* ac magna maturitate per Epiſcopum examinata, quæ ejus animum moveat; nec ad eas concedendas cujuſvis ſæcularis, etiam magiſtratus, auctoritate adducatur; ſed totum hoc in ejus arbitrio & conſcientia ſit poſitum: quando ipſe pro re, loco, perſona aut tempore eas decernendas eſſe judicaverit. In cauſis vero judicialibus mandatur omnibus judicibus eccleſiaſticis, cujuſcumque dignitatis exſiſtant, ut quandocumque executio realis vel perſonalis in qualibet parte judicii propria auctoritate ab ipſis fieri poterit, abſtineant ſe tam in procedendo quam definiendo, à cenſuris eccleſiaſticis, ſeu interdicto: ſed liceat eis, ſi expedire videbitur, in cauſis civilibus, ad forum eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus, contra quoſcumque, etiam laïcos, per multas pecuniarias, quæ locis piis, ibi exſiſtentibus, eo ipſo, quod exactæ fuerint, aſſignentur; ſeu per captionem pignorum perſonarumque diſtrictionem, per ſuos proprios aut alienos execu-

tores faciendam, ſive e[...]
per privationem bene[...]
rum, aliaque juris re[...]
procedere, & cauſas de[...]
Quod ſi executio real[...]
perſonalis adverſus reo[...]
ratione fieri non pot[...]
c ſitque erga judicem [...]
tumacia, tunc eos etiam [...]
thematis mucrone, arb[...]
ſuo, præter alias pœnas [...]
poterit. In cauſis quoqu[...]
minalibus, ubi executio [...]
lis vel perſonalis, ut ſ[...]
fieri poterit, erit à ce[...]
abſtinendum, ſed ſi c[...]
executioni facile locus [...]
non poſſit, licebit judic[...]
ſpirituali gladio in d[...]
quentes uti; ſi tamen d[...]
qualitas, præcedente [...]
ſaltem monitione, etia[...]
edictum, id poſtulet. [...]
autem ſit ſæculari cu[...]
magiſtratui prohibere e[...]
ſiaſtico judici, ne quem [...]
communicet; aut man[...]
ut latam excommunic[...]
nem revocet, ſub præt[...]
quod contenta in præſen[...]
creto non ſint obſerv[...]
cum non ad ſæculares, ſ[...]
eccleſiaſticos hæc cog[...]
pertineat. *d* Excommu[...]
tus vero quicumque, ſi [...]
legitimas monitiones no[...]
ſipuerit, non ſolum ad Sa[...]
menta, & communione[...]
delium ac familiaritatem [...]
recipiatur: ſed, ſi obdu[...]
animo, cenſuris annexu[...]
illis per annum inſordu[...]
etiam contra eum, tamq[...]
de hæreſi ſuſpectum, pro[...]
poſſit.

a *Formam præſcripſit Pius* V. 27. *Iun.* 1570. *in* c. Sanctiſſimus. b *c. Epiſcopi, c. Nemo Epiſcoporum, & c. Nullus ſacerdotum,* 11. *q.* 3. *c. Sacro, de ſent. excom. Concil. Aurelian.* 5. *cap.* 2. c *c. Si* [...] *deinceps, in fine* 17. *q.* [...] d *c. Rogo, cum ſeqq.* 11. [...] *c. Nulli, cum ſeq. c. Cum* [...] *ſideres, & c. Si concubina* [...] *ſent. excomm.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

CAPVT IV.

*nimius eſt Miſſarum fa-
ndarum numerus, ſtatuant
iſcopi, Abbates & Gene-
les Ordinum, quod expe-
re judicaverint.*

ontingit ſæpe in quibuſ-
dam eccleſiis vel tam ma-
m Miſſarum celebranda-
numerum ex variis de-
torum relictis impoſſi-
eſſe, ut illis pro ſingulis
us, à teſtatoribus præſcri
, nequeat ſatisfieri; vel
moſynam hujuſmodi pro
celebrandis adeo tenuem
, ut non facile inveniatur,
velit huic ſe muneri ſub-
re; unde depereunt, piæ
antium voluntates; & eo-
conſcientias, ad quos
dicta ſpectant, onerandi
aſio datur. Sancta Syno-
, cupiens hæc ad pios uſus
cta, quo plenius & utilius
eſt, impleri, facultatem
Epiſcopis, ut in Synodo
eceſana, itemque Abbati-
& Generalibus Ordinum,
in ſuis Capitulis generali-
, re diligenter perſpecta,
ſint pro ſua conſcientia in
edictis eccleſiis, quas hac
viſione indigere cognove-
t, *a* ſtatuere circa hæc,
dquid magis ad Dei hono-
n & cultum, atque eccle-
rum utilitatem viderint
pedire; ita tamen, ut eorum
per defunctorum comme-
ratio fiat, qui pro ſuarum
ima-um ſalute legata ea ad
s uſus reliquerunt.

CAPVT V.

*bus bene conſtitutis, & an-
nexum onus habentibus,
nihil detrahatur.*

Atio poſtulat, ut illis, quæ
bene conſtituta ſunt, contrariis ordinationibus non detrahatur quando igitur ex beneficiorum quorumcumque erectione ſeu fundatione, aut aliis conſtitutionibus, qualitates aliquæ requiruntur, ſeu certa illis onera ſunt injuncta; in beneficiorum collatione, ſeu in quacumque alia diſpoſitione, eis non derogetur. Idem in præbendis Theologalibus, Magiſtralibus, Doctoralibus aut Presbyterialibus, Diaconalibus, aut Subdiaconalibus, quandocumque ita conſtituta fuerint, obſervetur, ut eorum qualitatibus vel Ordinibus nihil in ulla proviſione detrahatur: & aliter facta proviſio ſurreptitia cenſeatur.

CAPVT VI.

Qui ſe gerere debeat Epiſcopus quoad viſitationem capitulorum exemptorum.

STatuit ſancta Synodus, ut in omnibus eccleſiis cathedralibus & collegiatis decretum ſub felicis recordationis Paulo III. *b* quod incipit Capitula cathedralium; obſervetur, non ſolum quando Epiſcopus viſitaverit, ſed & quoties ex officio, vel ad petitionem alicujus, contra aliquem ex contentis in dicto decreto, procedat: ita tamen, ut, cum extra viſitationem proceſſerit, infraſcripta omnia locum habeant; videlicet, ut Capitulum initio cujuſlibet anni eligat ex Capitulo duos: de quorum conſilio & aſſenſu Epiſcopus, vel ejus Vicarius, tam informando proceſſum, quam in ceteris omnibus actibus uſque ad finem cauſæ incluſive, coram notario tamen ipſius Epiſcopi, & in ejus domo

a *Supra Seſſ. 22. de refor.* ...t. *cap. 6.* b *Supra Seſſ. 6. de reform. cap. 4. & Seſſ. 14. de reform. cap. 4.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

domo, aut conſueto tribunali procedere teneatur. Vnum autem tantum ſit utriuſque votum, poſſitque alter Epiſcopo accedere. Quod ſi ambo ab Epiſcopo diſcordes in aliquo actu, ſeu interlocutoria vel definitiva ſententia fuerint, tunc intra ſex dierum ſpatium cum Epiſcopo tertium eligant, &, ſi in electione tertii etiam diſcordent, ad viciniorem Epiſcopum electio devolvatur; & juxta eam partem, cum qua tertius conveniet, articulus, in quo erat diſcordia, terminetur: alias proceſſus, & inde ſecuta nulla ſint, nulloſque producant juris effectus. *a* In criminibus tamen ex incontinentia provenientibus, de qua in decreto de concubinariis, & in atrocioribus delictis, depoſitionem aut degradationem requirentibus, ubi de fuga timetur, ne judicium eludatur, & ideo opus ſit perſonali detentione, *b* poſſit initio ſolus Epiſcopus ad ſummariam informationem & neceſſariam detentionem procedere: ſervato tamen in reliquis ordine præmiſſo. In omnibus autem caſibus ea ratio habeatur, ut juxta qualitatem delicti ac perſonarum, delinquentes ipſi in loco decenti cuſtodiantur. *c* Epiſcopis prætereaubique is honor tribuatur, qui eorum dignitati par eſt; eiſque in choro, & in Capitulo, in Proceſſionibus, & aliis actibus publicis ſit prima ſedes, & locus, quem ipſi elegerint, & præcipua omnium rerum agendarum au-

ctoritas. Qui ſi aliquid
nonicis ad deliberandum
ponant; nec de re ad ſ
vel ſuorum commodum
ctante agatur, *d* Epiſcop
Capitulum convocent,
exquirant, & juxta ea
cludant. Abſente vero
ſcopo, omnino hoc ab i
Capitulo, ad quos hoc d
re vel conſuetudine ſpe
perficiatur, nec ad id
carius Epiſcopi admitta
Ceteris autem in rebus C
tuli juriſdictio, & pote
ſi qua eis competit, & bo
rum adminiſtratio ſalva
intacta omnino relinqua
Qui vero non obtinent di
tates, nec ſunt de Capitul
omnes in cauſis eccleſiaſ
Epiſcopo ſubjiciantur:
obſtantibus, quo ad ſup
dicta, privilegiis, etiam
fundatione competentibu
nec non conſuetudinibu
etiam immemorabilibus,
tentiis, juramentis, con
diis, quæ tantum ſuos o
gent auctores: ſalvis tan
in omnibus, privilegiis, q
Vniverſitatibus Studioru
generalium, ſeu earum p
ſonis, ſunt conceſſa. H
autem omnia & ſingula in
eccleſiis locum non habea
in quibus Epiſcopi, aut
rum Vicarii, ex conſtitut
nibus, vel privilegiis,
conſuetudinibus ſive conc
diis, ſeu quocumque alio
re majorem habent poteſ
tem, auctoritatem ac ju
dictionem, quam præſe
decreto ſit comprehenſu
quibus ſancta Synodus de
gare non intendit.

C

a *Infra c. 14. & ſupra Seſſ. 24. de Matrimonio, cap. 8.* b *c. Qualiter. 24. de accuſ. & c. Tua. de pœnit.* c *Concil. Carthag. 4. c. 35. c. Epiſco in eccleſia. 95. Diſt.* d *c. N vit, cum ſeq. de his quæ fi à Præl. ſine Conſ. Cap.*

CAPVT VII.

eſſus & regreſſus ad benefi-
ι tolluntur : Coadjutor quo
ρdo, cui, & ex qua cauſa
ncedendus.

Vm in beneficiis eccleſia-
ſticis ea, quæ hereditariæ
ſſionis imaginem refe-
, *a* ſacris conſtitutioni-
ſint odioſa, & Patrum de-
is contraria ; nemini in
terum *b* acceſſus, aut re-
ſſus, etiam de conſenſu, ad
eficium eccleſiaſticum cu-
umque qualitatis conce-
ur : nec hactenus conceſſi
endantur, extendantur
transferantur. Hocque
retum in quibuſcumque
eficiis eccleſiaſticis, ac in
buſcumque perſonis, et-
Cardinalatus honore ful-
tibus, locum habeat. In
ajutoriis quoque cum fu-
a ſucceſſione idem poſthac
ervetur, ut nemini in qui-
cumque beneficiis eccleſia-
is permittantur. Quod ſi
ndo eccleſiæ cathedralis,
monaſterii urgens neceſ-
s, *c* aut evidens utilitas
tulet Prælato dari Coadju-
em ; is non alias cum fu-
a ſucceſſione detur, quam
c cauſa prius diligenter à
ctiſſimo Romano Ponti-
fit cognita, & qualitates
nes in illo concurrere cer-
n ſit, quæ à jure, *d* & de-
tis hujus Sanctæ Synodi in
iſcopis & Prælatis requi-
ntur ; alias conceſſiones ſu-
per his factæ, ſurreptitiæ eſſe
cenſeantur.

CAPVT VIII.

Adminiſtratorum hoſpitalium munus : eorum negligentia, à quibus & qua ratione coërcenda.

ADmonet ſancta Synodus quoſcumque eccleſiaſtica beneficia, ſæcularia ſeu regularia, obtinentes, *e* ut hoſpitalitatis officium, à ſanctis Patribus frequenter commendatum, quantum per eorum proventus licebit, prompte benigneque exercere aſſueſcant ; memores, eos, qui hoſpitalitatem amant, *f* Chriſtum in hoſpitibus recipere. Illis vero, qui hoſpitalia vulgo nuncupata, ſeu alia pia loca, ad peregrinorum, infirmorum, ſenum pauperumve uſum præcipue inſtituta, in commendam, adminiſtrationem, aut quemcumque titulum, aut etiam eccleſiis ſuis unita, obtinent ; vel ſi eccleſiæ parochiales, hoſpitalibus forte unitæ, aut in hoſpitalia erectæ, earumque patronis in adminiſtrationem conceſſæ ſint ; præcipit omnino, ut impoſitum illis onus officiumve adminiſtrent, atque hoſpitalitatem, quam debent, ex fructibus ad id deputatis actu exerceant, *g* juxta Conſtitutionem Concilii Viennenſis, alias in hac eadem Synodo ſub felicis recordationis Paulo III, innovatam, quæ incipit, *h* Quia contingit.

c. Plerique, & c. Apoſtol. 8.
.c. Ex tranſmiſſa, & c. Ad
ſtirpandas ſucceſſiones, de fil.
s. c. Quia clerici, & c. Cum
s, de jur. patr. c. Ad hæc, de
. Conc. Rom. tempore Hila.
c. 4. & Lateran. 2. c. 16.
Vide Conſt. Pii V. Romani,
71. *c Sup. Seſſ. 21. de refor.*
c. 6. c. Scripſit, & c. Quamvis 7. q. 1. *d Sup. Seſſ. 7. de refor. c. 1. & 3 & Seſſ. 21. de refor. c. 2.* e §. 1. *& c. Quieſcamus,* 41. *Diſt. c. Archidiaconum,* 85. *Diſt. c Volumus,* 89. *Diſt. c. Mos eſt,* 12. q. 2. *c. Quoniam,* 16. q. 1. f *Mat.* 25. g *Supra Seſſ.* 7. *c. ult.* h *Vide infra* XVII.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

Quod ſi hoſpitalia hæc ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum perſonarum genus ſuſcipiendum fuerint inſtituta; nec in loco, ubi ſunt dicta hoſpitalia, ſimiles perſonæ, aut perpaucæ reperiantur; mandat adhuc, ut fructus illorum in alium pium uſum, qui eorum inſtitutioni proximior ſit, ac pro loco & tempore utilior, convertantur, prout Ordinario cum duobus de Capitulo, qui rerum uſu peritiores ſint, per ipſum deligendis, magis expedire viſum fuerit: niſi aliter forte, etiam in hunc eventum, in eorum fundatione aut inſtitutione fuerit expreſſum: quo caſu, quod ordinatum fuit, obſervari curet Epiſcopus, aut, ſi id non poſſit, ipſe prout ſupra, utiliter provideat. Itaque ſi prædicti omnes, & ſinguli, cujuſcumque Ordinis, & religionis, & dignitatis, etiam ſi laïci fuerint, qui adminiſtrationem hoſpitalium habent, non tamen regularibus ſubjecti, ubi viget regularis obſervantia, ab Ordinario moniti hoſpitalitatis munus, adhibitis omnibus, ad quæ tenentur, neceſſariis re ipſa obire ceſſaverint; non ſolum per eccleſiaſticas cenſuras, & alia juris remedia ad id compelli poſſint; ſed etiam hoſpitalis ipſius adminiſtratione curave perpetuo privari poſſint; aliique eorum loco ab iis, ad quos ſpectabit, ſubſtituantur. Et prædicti nihilominus, etiam ad fructuum reſtitutionem, quos contra ipſorum hoſpitalium inſtitutionem perceperunt, quæ nulla eis remiſſione aut compoſitione indulgeatur, in foro conſcientiæ teneantur: nec

adminiſtratio ſeu gubern
hujuſmodi locorum uni &
dem perſonæ ultra trienn
deinceps committatur;
aliter in fundatione cau
reperiatur: non obſtante,
ad omnia ſupradicta, c
cumque unione, exempt
& conſuetudine in con
rium, etiam immemoral
ſeu privilegiis aut indu
quibuſcumque,

CAPVT IX.

Quomodo probandum jus
tronatus: cui deferendu
munus patronorum: a
ſiones vetitæ: quibus i
ris non acquiratur.

SIcuti legitima patro
tuum jura tollere, piaſ
fidelium voluntates in eor
inſtitutione violare, æqu
non eſt: ſic etiam, ut hoc
lore beneficia eccleſiaſtici
ſervitutem, quod à multis
pudenter fit, redigantur,
eſt permittendum. Vt ig
debita in omnibus ratio
ſervetur, decernit ſancta
nodus, ut titulus juris pat
natus ſit ex *a* fundatione,
dotatione, qui ex authent
documento, & aliis jure
quiſitis oſtendatur, ſive
iam ex multiplicatis præ
tationibus per antiquiſſim
temporis curſum, qui ho
num memoriam excedat,
liaſve ſecundum juris diſ
ſitionem. In iis vero perſo
ſeu Communitatibus, vel V
verſitatibus, in quibus id
plerumque ex uſurpatione
tius quæſitum præſumi ſo
plenior & exactior proba
ad docendum verum titul
requiratur: nec immemo
bilis temporis probatio ali
eis ſuffragetur, quam ſi p

a Supra Seſſ. 14. de reformat. c. 12. c. Piamentis, & ſeq. 16. q. 7. & c. Nobis, jure patr.

ra aliqua ad eam neceſſaria,
æſentationes, etiam conti-
atæ, non minori ſaltem,
am quinquaginta annorum
atio, quæ omnes effectum
titæ ſint, authenticis ſcri-
aris probentur. Reliqui pa-
onatus omnes in beneficiis,
n ſæcularibus quam regu-
ibus, ſeu parochialibus, vel
gnitatibus, aut quibuſcum-
e aliis beneficiis, in cathe-
ali vel collegiata eccleſia;
facultates, & privilegia
nceſſa tam in vim patrona
, quam alio quocumq; ju-
nominandi, eligendi, præ-
tandi ad ea, cum vacant,
ceptis patronatibus, ſuper
hedralibus eccleſiis, com-
entibus, & exceptis aliis,
æ ad Imperatorem & Re-
, ſeu regna poſſidentes, a-
ſque ſublimes ac ſupremos
ncipes, jura Imperii in do-
niis ſuis habentes, perti-
nt; & *a* quæ in favorem
diorum generalium con-
ſa ſunt, in totum prorſus
ogata & irrita cum quaſi
ſeſſione inde ſecuta intelli-
ntur. Beneficiaque hujuſ-
di tamquam libera, à ſuis
latoribus conferantur; ac
viſiones hujuſmodi ple-
n effectum conſequantur.
d hæc liceat Epiſcopo,
eſentatos à patronis, ſi
nei non fuerint, repellere.
od ſi ad inferiores inſtitu-
pertineat; ab Epiſcopo ta-
n juxta alias ſtatuta ab hac
cta Synodo, examinentur:
quin inſtitutio ab inferio-
us facta, irrita ſit & inanis.
roni autem beneficiorum,
uſcumq; Ordinis & digni-
s, etiam ſi Communitates,
verſitates, Collegia quæ-
cumque Clericorum vel laï-
corum exſiſtant, in perceptio-
ne fructuum, proventuum,
obventionum quorumcum-
que beneficiorum, etiam ſi ve-
re de jure patronatus ipſorum
ex fundatione & dotatione
eſſent, *c* nullatenus, nullave
cauſa vel occaſione ſe inge-
rant; ſed illos libere Rectori,
ſeu Beneficiato, non obſtante
etiam quacumque conſuetu-
dine, diſtribuendos dimittant.
Nec dictum jus patronatus
venditionis, aut alio quocum-
que titulo in alios *d* contra
canonicas ſanctiones tranſ-
ferre præſumant: ſi ſecus fe-
cerint, excommunicationis
& interdicti pœnis ſubjician-
tur, & dicto jure patronatus
ipſo jure privati exſiſtant. In-
ſuper acceſſiones, per viam
unionis factæ de beneficiis li-
beris, ad eccleſias juris pa-
tronatus, etiam laïcorum,
ſubjectas, tam ad parochiales
quam ad alia quæcumque be-
neficia, etiam ſimplicia, ſeu
dignitates, vel hoſpitalia, ita
ut prædicta beneficia libera
ejuſdem naturæ cum iis, qui-
buſcum uniuntur, effician-
tur, atque ſub jure patronatus
conſtituantur; hæ ſi non-
dum plenarium ſortitæ ſunt
effectum, vel deinceps ad cu-
juſvis inſtantiam fient, qua-
cumque auctoritate, etiam
Apoſtolica, conceſſæ fuerint,
ſimul cum unionibus ipſis per
ſurreptionem obtentæ intel-
ligantur: non obſtante qua-
cumque in iis verborum for-
ma, ſeu derogatione, quæ ha-
beatur pro expreſſa: nec exe-
cutioni amplius demanden-
tur; ſed beneficia ipſa unita,
cum vacaverint, libere, ut

 antea

*a Supra Seſſ. 24. cap. 19. de
format.* b *Supra Seſſ. 14.
Reformat c. 13. & Seſſ. 24
Reformat. cap. 18.* c *cap.
unic. ſit Eccl. benef. ſine di-
min. conf.* d *c. Quia clerici,
& c. De jure patr.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

antea, conferantur. *a* Quæ vero à quadraginta annis citra factæ, effectum & plenam incorporationem ſunt conſecutæ; hæ nihilominus ab Ordinariis, tamquam à Sede Apoſtolica delegatis, revideantur, & examinentur: ac quæ per ſurreptionem vel obreptionem obtentæ fuerint, ſimul cum unionibus irritæ declarentur, ac beneficia ipſa ſeparentur, & aliis conferantur. Similiter quoque patronatus quicumque in eccleſiis, quibuſcumque aliis beneficiis, etiam dignitatibus antea liberis, acquiſiti à quadraginta annis citra, & in futurum acquirendi, ſeu ex augmento dotis, ſeu ex nova conſtructione, vel alia ſimili cauſa, etiam auctoritate Sedis Apoſtolicæ, ab iiſdem Ordinariis, ut delegatis, ut ſupra, qui nullius in his facultatibus aut privilegiis impediantur, diligenter cognoſcantur; & quos non repererint ob maxime evidentem eccleſiæ, vel beneficii, ſeu dignitatis neceſſitatem legitime conſtitutos eſſe, in totum revocent; atque beneficia hujuſmodi ſine damno illa poſſidentium, & reſtitutio patronis eo, quod ab eis idcirco datum eſt, in priſtinum libertatis ſtatum reducant: non obſtantibus privilegiis, conſtitutionibus & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus.

CAPUT X.

Judices à Synodo deſignandi, qui delegentur à Sede Apoſtolica: à quibus & Ordinariis cauſæ breviter terminandæ.

QUoniam ob malitioſam petentium ſuggeſtionem, & quandoque ob locoru[m] longinquitatem, perſonaru[m] notitia, quibus cauſæ ma[n]dantur, uſque adeo haberi n[on] poteſt; hincque interdum j[u]dicibus, non undequaque id[o]neis, cauſæ in partibus del[e]gantur: ſtatuit ſancta Syn[o]dus, in ſingulis Conciliis pr[o]vincialibus, aut diœceſa[nis] aliquot perſonas, quæ qua[li]tates habeant, *b* juxta Con[ſti]tutionem Bonifacii VIII, q[uæ] incipit, Statutum: & ali[as] quin ad id aptas deſignari, præter Ordinarios locoru[m] iis etiam poſthac cauſæ eccl[e]ſiaſticæ, ac ſpirituales, & [ad] forum eccleſiaſticum per[ti]nentes, in partibus delega[n]dæ committantur. Et, ſi a[li]quem interim ex deſigna[tis] mori contigerit: ſubſtitu[at] Ordinarius loci cum conſi[lio] Capituli alium in ejus locu[m] uſque ad futuram provinci[a]lem aut diœceſanam Syn[o]dum: Ita ut habeat quæq[ue] diœceſis quatuor ſaltem a[ut] etiam plures probatas per[ſo]nas, ac ut ſupra qualificat[as], quibus hujuſmodi cauſæ [à] quolibet Legato, vel Nunti[o] atque etiam à Sede Apoſto[li]ca committantur: alioqu[i] poſt deſignationem factam quam ſtatim Epiſcopi [ad] Summum Romanum Ponti[fi]cem tranſmittant, delegati[o]nes quæcumque aliorum [ju]dicum aliis, quam hic fact[æ] ſurreptitiæ cenſeantur. A[d]monet dehinc ſancta Synod[us] tam Ordinarios quam ali[os] quoſcumque judices, *c* [ut] terminandis cauſis, qua[nta] fieri poterit brevitate, ſ[tu]deant, ac litigatorum artib[us] ſeu in litis conteſtatione, [ſeu] alia parte judicii differen[di]

mo

a *Supra Seſſ. 7. de reformat. c. 6.* b *Vide infra* XXXIX. c *Sup. Seſſ. 24. de reform. c. 20.* *c. Finem litibus, & c. fin. dol. & contu. cap. 2. de re j[ud.] & c. Conſtitutis. de procur.*

odis omnibus, aut termini
præfixione, aut competenti
ia ratione occurrant.

CAPVT XI.

aria locationes bonorum eccleſiaſticorum prohibentur; quædam factæ irritantur.

MAgnam eccleſiis perni-
ciem afferre ſolet, cum
ırum bona, repræſentata pe-
unia, in ſucceſſorum præju-
icium aliis locantur, omnes
gitur hæ locationes, ſi an-
cipatis ſolutionibus fient,
nullatenus in præjudicium
ucceſſorum validæ intelli-
antur: quocumque indulto
ut privilegio non obſtante:
ec hujuſmodi locationes in
omana Curia, vel extra eam
onfirmentur. *b* Non liceat
tiam, juriſdictiones eccle-
iaſticas, ſeu facultates nomi-
nandi aut deputandi vicarios
n ſpiritualibus locare; nec
conductoribus per ſe aut alios
a exercere; aliterque con-
ceſſiones, etiam à Sede Apo-
tolica factæ, ſurreptitiæ cen-
eantur. *c* Locationes vero
erum eccleſiaſticarum, etiam
auctoritate Apoſtolica con-
irmatas, ſancta Synodus ir-
itas decernit, quas à triginta
nnis citra, ad longum tem-
pus, ſeu, ut in nonnullis par-
tibus, ad viginti novem, ſeu
bis viginti novem annos, vo-
cant factas: Synodus provin-
cialis, vel deputandi ab ea, in
damnum Eccleſiæ, & contra
Canonicas ſanctiones contra-
ctas fuiſſe judicabunt.

CAPVT XII.

Decimæ integre perſolvendæ: eas ſubtrahentes excommunicandi: Rectoribus eccleſiarum tenuium pie ſubveniendum.

d NOn ſunt ferendi, qui variis artibus decimas, eccleſiis obvenientes, ſubtrahere moliuntur; aut qui ab aliis ſolvendas temere occupant, & in rem ſuam vertunt: *e* cum decimarum ſolutio debita ſit Deo: & qui eas dare noluerint, aut dantes impediunt, res alienas invadunt. Præcipit igitur ſancta Synodus omnibus, cujuſcumque gradus & conditionis ſint, ad quos decimarum ſolutio ſpectat, ut eas, ad quas de jure tenentur, in poſterum cathedrali, aut quibuſcumque aliis eccleſiis, vel perſonis, quibus legitime debentur, integre perſolvant. *f* Qui vero eas aut ſubtrahunt, aut impediunt, excommunicentur; nec ab hoc crimine, niſi plena reſtitutione ſecuta, abſolvantur. Hortatur dehinc omnes & ſingulos pro Chriſtiana charitate, debitoque erga Paſtores ſuos munere, ut de bonis ſibi à Deo collatis, Epiſcopis & Parochis, qui tenuioribus præſunt eccleſiis, large ſubvenire ad Dei laudem, atque ad paſtorum ſuorum, qui pro eis invigilant, dignitatem tuendam, non graventur.

 C A-

a *c. de precariis* 10. *q.* 2. & *c.* 2. *de precariis.* b *c.* 1. & 2. *Ne Prælati vices ſuas.* c *Extrav. Ambitioſæ, de reb. eccleſ. non alien.* d *Conc. Matiſc.* 2. *cap.* 1. & *Ticin. ſub Leone* IV. *verſ.* In ſacris. e *Exod.* 22, 23. *Lev.* 27. *Num.* 18. *Tob.* 1. *Malach.* 3. *c. Eccleſias.* § *His ita,* 13. *q.* 1. *c. Decimas,* 16. *q.* 2. *c. Decimas, cum ſeqq.* 16. *q.* 7. *c. Parochianos, c. Ex tranſmiſſa,* & *c. Tua, de decim.* f *c. Omnes decimæ,* 16. *q.* 7. *c. Pervenit, c. Non eſt, c. Tua,* & *c. In aliquibus, de decim. Clem.* I. *eod. tit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

CAPUT XIII.

Quartam funeralium Cathedrales vel Parochiales Ecclesiæ recipiant.

DEcernit ſancta Synodus, ut quibuſcumque in locis jam ante annos quadraginta, *a* Quarta, quæ funeralium dicitur, cathedrali aut parochiali eccleſiæ ſolita eſſet perſolvi, ac poſtea fuerit; ex quocumque privilegio, aliis monaſteriis, hoſpitalibus, aut quibuſcumque locis piis conceſſa, eadem poſthac integro jure, & eadem portione, quæ antea ſolebat, cathedrali ſeu parochiali eccleſiæ perſolvatur: non obſtantibus conceſſionibus, gratiis, privilegiis, etiam Mari magno nuncupatis, aut aliis quibuſcumque.

CAPUT XIV.

Præſcribitur ratio procedendi in cauſis Clericorum concubinariorum.

QUam turpe, ac Clericorum nomine, qui ſe divino cultui addixerunt, ſit indignum, in impudicitiæ ſordibus, immundoque concubinatu verſari, ſatis res ipſa, communi fidelium omnium offenſione, ſummoque Clericalis militiæ dedecore, teſtatur. *b* Ut igitur ad eam, quam decet, continentiam, ac vitæ integritatem miniſtri eccleſiæ revocentur; populuſque hinc eos magis diſcat revereri, quo illos vita honeſtiores cognoverit: prohibet ſanct[a] Synodus quibuſcumque Cle[ricis], ne concubinas, aut ali[as] mulieres, de quibus poſſit ha[beri] ſuſpicio, in domo v[el] extra detinere; aut cum i[is] ullam conſuetudinem habe[re] audeant: alioquin pœnis, [a] ſacris Canonibus, vel ſtatut[is] eccleſiarum impoſitis, pu[niantur]. Quod ſi à Superiori[bus] moniti, ab iis ſe non ab[ſti]nuerint, tertia parte fru[ctuum], obventionum ac pro[ventuum] beneficiorum ſuo[rum] quorumcumque, & pen[ſionum], *c* ipſo facto ſint pri[vati]: quæ fabricæ eccleſiæ aut alteri pio loco, arbitri[o] Epiſcopi applicetur. Sin ver[o] in delicto eodem cum eadem vel alia femina, perſeverante[s] ſecundæ monitioni adhuc no[n] paruerint, non tantum fructu[s] omnes, ac proventus ſuorum beneficiorum, & penſiones e[o] ipſo amittant, qui prædicti[s] locis applicentur; ſed etian[m] à beneficiorum ipſorum ad[mi]niſtratione, quoad Ordina[rius], etiam uti Sedis Apoſto[licæ] delegatus, arbitrabitu[r], ſuſpendantur; & ſi ita ſu[ſ]penſi, nihilominus eas non ex[pel]lant, aut cum iis etian[m] verſentur, tunc beneficiis portionibus, ac officiis, & penſionibus quibuſcumq, ec[cle]ſiaſticis perpetuo priven[tur], atque inhabiles ac indign[i] quibuſcumque honoribus, di[g]nitatibus, beneficiis ac offi[ci]ciis in poſterum reddantur donec poſt manifeſtam vit[æ] emendationem ab eorum Su[pe]perioribus cum iis ex cauſ[a] viſum

a *De ſepult. extra in 6. & in Clem.* b *Sup. Seſſ.* 24. c. 8. *de ref. Conc. Carthag.* 3. c. 17. *Nicænum*, 3. *Matiſcon.* 1. c. 1. *Arelaten.* 2. c. 3. *Tolet.* 2. c. 3. *Braccar.* 1. c. 15. *Turon.* 2. c. 10. 11. & 12. & *Maguntiacum temp. Arnulphi*, c. 10. & 29 c. *Interdixit*, 32. *Diſt.* c. *Cum omnibus*, c. *Volumus*, & c. *Feminas*, 31. *Diſt.* c. 1. *cum mul tis ſeqq. de cohab. cler. & mulier.* c *Concil. Lateran.* 2 *cap.* 6.

m fuerit diſpenſandum.
ſi, poſtquam eas ſemel
iſerint, intermiſſum con-
ium repetere, aut alias
ſmodi ſcandaloſas mu-
es ſibi adjungere auſi fue-
; præter prædictas pœ-
, *a* excommunicationis
dio plectantur. Nec quæ-
appellatio, aut exemptio
dictam executionem im-
iat, aut ſuſpendat: ſupra-
torumque omnium cogni-
, non ad Archidiaconos,
Decanos, aut alios infe-
res, ſed ad Epiſcopos ipſos
tineat: qui ſine ſtrepitu,
igura judicii, & ſola facti
itate inſpecta, procedere
ſſint. Clerici vero benefi-
eccleſiaſtica aut penſiones
n habentes, *b* juxta delicti
contumaciæ perſeveran-
m & qualitatem, ab ipſo
iſcopo carceris pœna, ſuſ-
nſione ab ordine, ac inha-
litate ad beneficia obtinen-
, aliiſve modis, juxta ſa-
os Canones, puniantur. E-
ſcopi quoque, quod abſit,
ab hujuſmodi crimine non
ſtinuerint; & à Synodo
ovinciali admoniti, ſe non
nendaverint; *c* ipſo facto
nt ſuſpenſi: &, ſi perſeve-
nt, etiam ad Sanctiſſimum
omanum Pontificem ab ea-
em Synodo deferantur, qui
ro qualitate culpæ, *d* etiam
er privationem, ſi opus erit,
i eos animadvertat.

CAPVT XV.

Filii Clericorum illegitimi à quibuſdam beneficiis arcendi.

VT *e* paternæ incontinentiæ memoria locis Deo conſecratis, quos maxime puritas ſanctitaſque decet, longiſſime arceatur; non liceat filiis Clericorum, qui non ex legitimo nati ſunt matrimonio, in eccleſiis, ubi eorum patres beneficium aliquod eccleſiaſticum habent, aut habuerunt, quodcumque etiam diſſimile, beneficium obtinere, *f* nec in dictis eccleſiis quoquo modo miniſtrare, nec penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt, habere. *g* Quod ſi in præſenti pater & filius in eadem eccleſia beneficia obtinere reperiantur; cogatur filius ſuum beneficium reſignare, aut cum alio permutare extra eccleſiam intra trium menſium ſpatium: alias ipſo jure eo privatus exiſtat, & ſuper iis quæcumque diſpenſatio ſurreptitia cenſeatur. Ad hæc, reciprocæ reſignationes, ſi quæ poſthac à parentibus Clericis in favorem filiorum fient, ut alter alterius beneficium conſequatur: in fraudem hujus decreti, & canonicarum Sanctionum factæ omnino cenſeantur; nec collationes ſecutæ, vigore hujuſmodi reſignationum, ſeu aliarum quarumcumque

a *c. 2. cum ſeqq. de cohab. cler. & mul. c. Si concubinæ, de* ent. excom. *Conc. Aurelian. 3.* ap. 4. b *Supra cap. 6. Concil.* Toletan. 4. cap. 41. Tolet. 8, 4, 5, & 6. c. Si autem, de co-hab. cler. & mul.* c *c. Quo-rumdam, 34. Diſt. & c. Si quiſpiam, 81. Diſt. Concil. Aurelian. 5. cap. 3.* d *c. Presbyter, & c. Si quis amodo, Diſt. 81.* e *Conc. 9 Toletan. c. 10. c. Propoſuiſti, Diſt. 82. c. Cum multæ, 16. q 8.* f *Conc. 2. Lateran c. 21.* g *c. 2. & fere per totum, de fi. presb.*

cumque, quæ in fraudem facta fuerint, ipſis Clericorum filiis ſuffragentur.

CAPVT XVI.

Beneficia curata non convertantur in ſimplicia: ei in quem tranſlata fuerit cura animarum, aſſignetur congrua portio: Vicariæ ceſſent, cura ad titulos revocata.

STatuit ſancta Synodus, ut eccleſiaſtica beneficia ſæcularia, quocumque nomine appellentur, quæ curam animarum ex primæva eorum inſtitutione, aut aliter quomodocumque retinent, illa deinceps in ſimplex beneficium, etiam aſſignata Vicario perpetuo congrua portione, non convertantur; non obſtantibus quibuſcumque gratiis, quæ ſuum plenarium effectum non ſunt conſecutæ. In iis vero, in quibus contra earum inſtitutionem ſeu fundationem cura animarum in Vicarium perpetuum tranſlata eſt, etiam ſi in hoc ſtatu ab immemorabili tempore reperiantur, ſi *a* congrua portio fructuum, Vicario, quocumque nomine is appelletur, non fuerit aſſignata, ea quamprimum, & ad minus intra annum à fine præſentis Concilii, arbitrio Ordinarii, *b* juxta formam decreti ſub fel. rec. Paulo III. aſſignetur. Quod ſi id commode fieri non poſſit, aut intra dictum terminum factum non erit: cum primum per ceſſum vel deceſſum Vicarii, ſeu Rectoris, aut quomodolibet alterum eo[...] vacaverit, beneficium cu[...] animarum recipiat, ac V[...] riæ nomen ceſſet, & in a[...] quum ſtatum reſtituatur.

CAPVT XVII.

Epiſcopi dignitatem ſuam [...] rum gravitate commend[...] nec cum Regum miniſ[...] Regulis aut Baronibus i[...] gna demiſſione ſe gerant.

NOn poteſt ſancta Syno[...] non graviter dolere, [...] diens Epiſcopos aliquos; [...] ſtatus *c* oblitos. Pontifici[...] dignitatem non leviter de[...] neſtare; qui cum Regum [...] niſtris, Regulis & Baroni[...] in Eccleſia & extra, indece[...] quadam demiſſione ſe geru[...] & veluti inferiores mini[...] altaris, nimis indigne non [...] lum loco cedunt, ſed etia[...] perſonaliter illis inſerviu[...] Quare, hæc & ſimilia de[...] ſtans ſancta Synodus, ſacr[...] Canones omnes, Conciliaq[...] generalia, *d* atque alias Ap[...] ſtolicas ſanctiones ad dig[...] tatis Epiſcopalis decorem, [...] gravitatem pertinentes ren[...] vando, præcipit, ut ab huju[...] modi in poſterum Epiſcopi [...] abſtineant; mandans eiſde[...] ut tam in Eccleſia quam f[...] ris ſuum gradum & Ordine[...] præ oculis habentes, ubiq[...] ſe Patres & Paſtores eſſe m[...] minerint; reliquis vero ta[...] Principibus, quam ceter[...] omnibus, ut eos paterno h[...] nore ac debita reverentia pr[...] ſequantur.

CA[...]

a *Quantitatem portionis declarat Pius* V. *Conſt.* Ad exequendum. 1567. b *Supra Seſſ.* 7. *de reform. c.* 7. c *Vnde Conc. Agath. c.* 23. *& Bracar.* 1. *cap.* 24. *nec Epiſc. poſteriorem ſinunt priori præponi.* c. *Quanto. de off. ord. & ſupr*[...] *de Regul. c.* 4. d *Supra c.* 6[...] c. *Valentinianus*, 62. *Diſt.* c. *E*[...]*piſcopus in Eccleſia*, 95. *Diſ*[...] c. *Quis dubitet*, c. *Duo ſunt* [...] *cum ſeq.* 96. *Diſt. &* c. *Solici*[...]*tæ, de major. & obed.*

[C]APVT XVIII.

[...]es ad amuſſim ſervenda: ſi quando in eis diſpen[ſand]um, id valide, mature [&] gratis fiat.

[S]iti *a* publice expedit, [legi]s vinculum quandoque [relax]are, ut plenius, evenien[tibus] caſibus & neceſſitatibus, [pro c]ommuni utilitate ſatis[fiat]: [ſ]ic frequentius legem [ſolv]ere exemplo potius, quam [cert]a perſonarum, rerumque [dele]ctu petentibus indulgere, [al]iud eſt, quam unicuique [le]ges tranſgrediendas adi[tum] aperire. *b* Quapropter [ſcia]nt univerſi, ſacratiſſimos [cano]nes exacte ab omnibus, [& qu]oad ejus fieri poterit, in[diſti]ncte obſervandos. Quod [ſi ur]gens juſtaque ratio, & [maj]or quandoque utilitas po[ſtu]averit, *c* cum aliquibus [diſpe]nſandum eſſe; id cauſa [cogn]ita: ac ſumma maturi[tate], atque gratis, à quibuſ[cumq]ue, ad quos diſpenſatio [perti]nebit, erit præſtandum: [alite]rque facta diſpenſatio, [ſurre]ptitia cenſeatur.

[C]APVT XIX.

[Mon]omachia pœnis graviſſimis punitur.

[D]eteſtabilis *d* duellorum [u]ſus, fabricante diabolo [intro]ductus, ut cruenta cor[poru]m morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex [Chri]ſtiano orbe penitus ex[ter]minetur. Imperator, Re[ges], Duces, Principes, Mar[chio]nes, Comites, & quocumque alio nomine, Domini temporales, qui locum ad *e* monomachiam in terris ſuis inter Chriſtianos conceſſerint, eo ipſo ſint excommunicati, ac juriſdictione & dominio civitatis, caſtri aut loci, in quo, vel apud quem duellum fieri permiſerint, quod ab Eccleſia obtinent, privati intelligantur: &, ſi feudalia ſint, directis dominis ſtatim acquirantur. *f* Qui vero pugnam commiſerint, & qui eorum Patrini vocantur, excommunicationis, ac omnium bonorum ſuorum proſcriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant; & ut homicidæ, *g* juxta ſacros Canones, puniri debeant, & ſi in ipſo conflictu deceſſerint, perpetuo careant eccleſiaſtica ſepultura. Illi etiam, qui conſilium in cauſa duelli, tam in jure quam facto dederint; *h* aut alia quacumque ratione ad id quemquam ſuaſerint, necnon ſpectatores, excommunicationis ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur: non obſtante quocumque privilegio, ſeu prava conſuetudine, etiam immemorabili.

CAPVT XX.

Quæ ſunt juris Eccleſiaſtici, Principibus ſæcularibus commendantur.

CVpiens ſancta Synodus eccleſiaſticam diſciplinam in Chriſtiano populo non ſolùm reſtitui, ſed etiam perpetuo ſartam tectam à quibuſcumque

M 5

[a c]. *Requiritis, & c. Diſpen[ſatio]nes*, 1. q. 7. b c. *Si Roma[ni]*, & c. *Enimvero*. 19. *Diſt.* [c. ...]*quis omnem*, 1. q. 7. c. 1. [de co]*nſtit.* c *cap.* 1. *de voto.* [d c.] *Monomachiam*, 2. q. 4. c. 1. [de to]*rneam.* e *De ea Nicol.* 1. [in d]*ecretorum ſuorum titulo* 12.

f *Bulla Gregorii* XIII. *Ad tollendum*, 1582. *extendit ad duella privata.* g c. 2. *de cler. pugnan. in duel. De torneam. & de homic. per totum.* h *Bulla Clement.* VIII. *Illius vices.* 1592. *declaratur, & extenditur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

cumque impedimentis conſervari; præter ea quæ de eccleſiaſticis perſonis conſtituit, ſæculares quoque Principes *a* officii ſui admonendos eſſe cenſuit, confidens eos, ut Catholicos, *b* quos Deus ſanctæ fidei Eccleſiæque protectores eſſe voluit, jus ſuum Eccleſiæ reſtitui non tantum eſſe conceſſuros, ſed etiam *c* ſubditos ſuos omnes ad debitam erga Clerum, Parochos & ſuperiores Ordines reverentiam revocaturos; nec permiſſuros, ut officiales, aut inferiores magiſtratus, Eccleſiæ & perſonarum eccleſiaſticarum immunitatem, *d* Dei ordinatione, & Canonicis ſanctionibus conſtitutam, aliquo cupiditatis ſtudio, ſeu in conſideratione aliqua violent; ſed una cum ipſis Principibus debitam ſacris ſummorum *e* Pontificum, & Conciliorum conſtitutionibus obſervantiam præſtent. Decernit itaque & præcipit, *f* ſacros Canones, & Concilia generalia omnia, nec non alias Apoſtolicas ſanctiones, in favorem eccleſiaſticarum perſonarum, libertatis eccleſiaſticæ, & contra ejus violatores editas, quæ omnia præſenti etiam decreto innovat, exacte ab omnibus obſervari debere. Proptereaque admonet Imperatorem, Reges, Reſp. Principes, & omnes, & ſingulos, cujuſ-

cumque ſtatus & digni
extiterint, ut, quo la
bonis temporalibus, atq
alios poteſtate ſunt ornat
ſanctius, quæ eccleſiaſtic
ris ſunt, tamquam Dei
cipua, ejuſque patro
tecta, venerentur; *g* n
ullis Baronibus, Domic
Rectoribus, aliiſve don
temporalibus, ſeu magi
tibus, maximeque min
ipſorum principum, læd
tiantur: ſed ſevere in
qui illius libertatem, im
nitatem, atque juriſdic
nem impediunt, animad
tant: quibus etiam ipſ
exemplo ad pietatem,
gionem, eccleſiarumque
tectionem exſiſtant; *h*
tantes anteriores optimo
ligioſiſſimoſque Princi
qui res Eccleſiæ ſua in pr
i auctoritate ac munifice
auxerunt, nedum ab alio
injuria vindicarunt. A
que ea in re quiſque offic
ſuum ſedulo præſtet: quo
tus divinus devote exerc
& Prælati, ceterique Cle
in reſidentiis, & officiis
quieti, & ſine impedime
cum fructu, & ædificat
populi, permanere valean

CAPVT XXI.

In omnibus ſalva Sedis A
auctoritas maneat.

Poſtremo ſancta Syno
omnia & ſingula, ſub
buſc

a c. *fin. de conſtit.* b c. *Boni*, 96. *Diſt.* c. *Principes*, 23. *q.* 5. c c. *Concil.* §. *Hinc*, 17. *Diſt.* c. *Quis dubitet*, c. *Duo ſunt*, 96. *Diſt.* d 1 *Machab.* 10. e *Pii Secundi*, *epiſt.* 2. f c. *Pervenit*, 86. *Diſt.* c. *Si quis ſuadente*, 17. *q.* 4. *Toto tit. de imm. eccleſiæ.* c. *Quamquam*, *de cenſi. in* 6. c. *Felicis*, *de pœn. eod. Conc. Ticinen. verſ.* Statuimus. *& verſ.* Sancimus. *C*
cil. Aquisgran. c. 9. *Late*
ſub Leone X. *Seſſ.* 9. *&*
g *Plurima circa eccleſiar.*
munitatem ſtatuit Greg. X
in Bulla Cùm alias. 159
h c. *Valentinianus*, 63.
c. *Eccleſia*, *in fine.* 97.
c. *Conſtant.* & c. *ult.* 96.
i c. *fin. de rebus Eccleſiaſt.*
alien.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

…que clauſulis & ver-
…æ de morum reforma-
…atque Eccleſiaſtica di-
…, tam ſub fel. rec.
…II. ac Julio III. quam
…iſſimo Pio IV. Ponti-
…Maximis, in hoc *a* ſa-
…cilio ſtatuta ſunt, de-
…ita decreta fuiſſe, ut in
…a ſemper auctoritas
…poſtolicæ & ſit, & eſſe
…atur.

Decretum de continuanda Seſſione in diem ſequentem.

Cum ea omnia, quæ in præſenti Seſſione tractanda erunt, quia hora tarda eſt, commode expediri non poſſint; propterea juxta id quod in generali Congregatione à Patribus ſtatutum fuit, ea quæ ſuperſunt, in diem craſtinam, hanc eamdem Seſſionem continuando, differuntur.

CONTINVATIO SESSIONIS DIE IV. DECEMBRIS.

…tum de Indulgentiis.

…a *b* poteſtas conferen-
…Indulgentias à Chriſto
…æ conceſſa ſit; atque
…odi poteſtate, divini-
…tradita, antiquiſſimis
…emporibus illa uſa fue-
…acroſancta Synodus In-
…tiarum uſum, Chri-
…populo maxime ſalu-
…, & ſacrorum *c* Con-
…m auctoritate proba-
…n Eccleſia retinendum
…cet & præcipit; eoſ-
…athemate damnat, qui
…tiles eſſe aſſerunt; vel
…ncedendi in Eccleſia
…tem eſſe negant: in
…en concedendis mode-
…em, juxta veterem &
…am in Eccleſia conſue-
…m, adhiberi cupit; ne
… facilitate eccleſiaſtica
…ina enervetur. Abuſus
… qui in his irrepſerunt, & quorum occaſione inſigne hoc indulgentiarum nomen ab hæreticis blaſphematur, emendatos & correctos cupiens, præſenti decreto generaliter ſtatuit, *d* pravos quæſtus omnes pro his conſequendis, unde plurima in Chriſtiano populo abuſuum cauſa fluxit, omnino abolendos eſſe. Ceteros vero, qui ex ſuperſtitione, ignorantia, irreverentia, aut aliunde quomodocumque provenerunt, cum ob multiplices locorum & provinciarum, apud quas hi committuntur, corruptelas commode nequeant ſpecialiter prohiberi; mandat omnibus *e* Epiſcopis, ut diligenter quiſque hujuſmodi abuſus eccleſiæ ſuæ colligat, eoſque in prima Synodo provinciali referat: ut aliorum quoque Epiſcoporum ſententia

…*pra Seſſ. 7. de reform. in* … b *Matt. 16. Ioan. 20* …*divimus, & c. Quodcum-* …*averis, 24. q. 1. c. Vt con-* …*tur. 50. Diſt. c. Adhuc,* …*nit. Diſt. 3. Toto tit. de* … *& remiſ. extra in 6. &* …*m.* c *Ancyrani, per* …*capita, Neocæſar. c. 3.* …*i 2. cap. 1. & 12. Car-thag. 4. c. 75. Agathen. c. 60. Claromont. ſub Vrbano II. c. 2. Lateran. 1. c. 11. Lugdun. 2. ſub Gregor. X. Vienn. ſub Clemente V. c.* …*um ex eo, de pœnit. & remiſ.* d *Clem. Abuſionibus, de pœnit. & remiſſ. Confirmatur Conſt. Pii V.* Etſi Dominici. 1567. e *Supra Seſſ. 21. de reform. c. 9.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

tia cogniti, ſtatim ad Summum Romanum Pontificem deferantur: cujus auctoritate & prudentia, quod Vniverſali Eccleſiæ expediet, ſtatuatur; ut ita ſanctarum Indulgentiarum munus pie, ſancte, & incorrupte omnibus fidelibus diſpenſetur.

De delectu ciborum, jejuniis & diebus feſtis.

Inſuper hortatur ſancta Synodus, & per ſanctiſſimum Domini noſtri atque Salvatoris adventum Paſtores omnes obteſtatur, ut tamquam boni milites illa omnia, quæ ſancta Romana Eccleſia, *a* omnium eccleſiarum mater & magiſtra, ſtatuit, nec non ea, quæ tam in hoc Concilio, quam in aliis œcumenicis ſtatuta ſunt, quibuſcumque fidelibus ſedulo commendent; omnique diligentia utantur; ut illis omnibus, & iis præcipue ſint obſequentes, quæ ad mortificandam carnem conducunt, ut ciborum delectus, & jejunia, vel etiam, quæ faciunt ad pietatem augendam, ut dierum feſtorum devota & religioſa celebratio; admonentes populos crebro, *b* obedire Præpoſitis ſuis: quos qui audiunt, Deum remuneratorem audient; qui vero contemnunt, Deum ipſum ultorem ſentient.

De Indice librorum, & Catechiſmo, Breviario, & Miſſali.

Sacroſancta Synodus c in Secunda Seſſione, ſub Sanctiſſimo Domino noſtro Pio IV.
celebrata, delectis qui
Patribus commiſit, u
riis cenſuris, ac lib
ſuſpectis vel pernicio
facto opus eſſet, co
rent; atque ad ipſam
Synodum referrent:
nunc, huic operi ab ei
mam manum impoſita
nec tamen ob libror
rietatem & multitu
poſſit diſtincte & co
à ſancta Synodo diju
præcipit, ut, quidqu
lis præſtitum eſt, Sanc
Romano Pontifici e
tur: *d* ut ejus judici
auctoritate terminet
vulgetur. Idemque d
techiſmo à Patribus,
illud mandatum fuer
f de Miſſali & Breviar
mandat.

De loco Oratorum

Declarat ſancta Sy
g ex loco aſſignato O
bus, tam eccleſiaſticis
ſæcularibus, in ſeden
cedendo, aut quibuſc
aliis actibus, nullum
quam eorum factum
præjudicium; ſed om
lorum, & Imperatori
gum, Rerumpublicaru
Principum ſuorum jur
prærogativas illæſas &
eſſe, in eodemque ſtatu
manere, prout ante p
Concilium reperiebant

De recipiendis & obſer
Decretis Concilii.

Tanta fuit horum t
rum calamitas, & hær
rum inveterata malitia,
hil tam clarum in fide

a c. *Non decet.* 12. *Diſt. Vigilius in epiſt. ad Eutherum. in fin. Felix in epiſt.* 3. *Can. Dudum,* 3. *q.* 6. b c. *Qui ſuis,* 93. *Diſt.* c. *Quia frater,* 7. *q.* 1. *Lucæ* 10. *Hebr.* 13. c *Supra Seſſ.* 18. *in princ.* d *Vide Regulas librorum prohib.*
e *Supra Seſſ.* 24. c. 7. *de*
mat. f *Vide Conſtit.*
Superni. 1571. *Clem.* V
Cùm in Eccleſia. 1601
Vrbani VIII. Divinam.
g *Supra Seſſ.* 2. *in fine.*

enda umquam fuerit, aut certo ſtatutum; quod humani generis hoſte ente, illi errore aliquo aminaverint: eapropter a Synodus id potiſſimum vit, ut præcipuos hære- um noſtri temporis er- damnaret & anathema- et; veramque & Catho- n doctrinam traderet & ret, prout damnavit, hematizavit, & defini- Cumque tamdiu tot Epi- i, ex variis Chriſtiani or- provinciis evocati, ſine na gregis ſibi commiſſi ra, & univerſali pericu- eccleſiis abeſſe non poſ- nec ulla ſpes reſtet, hæ- os, toties *a* fide etiam ica, quam deſiderarunt, tatos, & tamdiu exſpecta- nuc amplius adventuros; que tandem huic ſacro cilio finem imponere ne- fit: ſupereſt nunc, *b* ut cipes omnes, quod facit, omnino moneat, ad ope- ſuam ita præſtandam, quæ ab ea decreta ſunt, ab eticis depravari aut vio- non permittant; ſed ab & omnibus devote reci- ntur, & *c* fideliter obſer- ur. Quod ſi in his reci- ndis aliqua difficultas o- ur; aut aliqua inciderint, declarationem, quod non lit, aut definitionem po- nt, præter alia remedia hoc Concilio inſtituta; fidit ſancta Synodus, Bea- mum Romanum Pontifi- cem curaturum, ut vel evoca- tis ex illis præſertim provin- ciis, unde difficultas orta fue- rit, iis, quos eidem negotio tractando viderit expedire, vel etiam Concilii generalis celebratione, ſi neceſſarium judicaverit, vel commodiore quacumque ratione ei viſum fuerit, provinciarũ neceſſita- tibus pro Dei gloria & Eccle- ſiæ tranquillitate conſulatur.

De recitandis Decretis Concilii ſub Paulo III, *&* *Iulio* III, *in Seſſione.*

Quoniam *d* diverſis tem- poribus, tam ſub fel. rec. Paulo III, quam Iulio III, multa in hoc ſacro Concilio, quoad dogmata, ac morum reformationem ſtatuta & de- finita ſunt; vult ſancta Syno- dus, ut illa nunc recitentur & legantur.

Recitata ſunt.

De fine Concilii, & confirma- tione petenda à Sanctiſſi- mo Domino noſtro.

Illuſtriſſimi Domini, Reve- rendiſſimique Patres, Placet- ne vobis, ut ad laudem Dei omnipotentis huic ſacræ œ- cumenicæ Synodo finis impo- natur? & omnium, & ſingu- lorum, quæ tam ſub fel. rec. Paulo III, & Iulio III, quam ſub Sanctiſſimo Domino no- ſtro Pio IV, Romanis Ponti- ficibus, in ea decreta & defi- nita ſunt, *e* confirmatio no- mine ſanctæ hujus Synodi per Apoſtolicæ Sedis Legatos & Præ-

Supra in fine Seſſ. 13, 15, 18. b *Idem in fine qua- primorum Concil. general. en. Conſt. Epheſ. & Chal-* c *Ne quis juramento dſtringat adverſus Concilii reta, vetat Gregor.* III, *Bulla.* Inter Apoſtolicas. 34. d *Supra Seſſ.* 5, 6, 7, 13, & 14. e *Iuxta Gelaſ. Pap. ſuper Concil. Chalced. & Pelagium PP.* II. *in epiſt. decretali, & Marcel. in epiſt. decretali, ad Epiſc. Antioch. provinc. & Concil. Chalced. in fine in epiſtola Concilii ad Leo- nem Papam.* c. *Si Romano- rum. Diſt.* 19.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

Præſidentes à Beatiſſimo Romano Pontifice petatur?

Reſponderunt, Placet.

Poſtmodum *Illuſtriſſimus & Reverendiſſ. Cardinalis Morosnus*, *primus Legatus* … *dens, benedicens ſancta* … *dixit*: Poſt gratias De… reverendiſſ. Patres ite i…

Qui reſponderunt, Am…

ACCLAMATIONES PATRVM IN FINE CONCILII

CARDINALIS à LOTHARINGIA.

Beatiſſimo Pio Papæ, & Domino noſtro, ſanctæ Vni… Eccleſiæ Pontifici, multi anni, & æterna memoria.

RESP. PATRVM.

Domine Deus, Sanctiſſimum Patrem diutiſſime Eccleſiæ tuæ conſerva multos annos.

CARD.

Beatiſſimorum Summorum Pontificum animabus, Pauli III. & Julii III, quorum auctoritate hoc ſacrum generale Concilium inchoatum eſt, pax à Domino, & æterna gloria, atque felicitas in luce ſanctorum.

RESP.

Memoria in benedictione ſit.

CARD.

Caroli V. Imperatoris, & Sereniſſimorum Regum, qui hoc univerſale Concilium promoverunt, & protexerunt, memoria in benedictione ſit.

RESP.

Amen, Amen.

CARD.

Sereniſſimo Imperatori Ferdinando, ſemper Auguſto, Orthodoxo, & pacifico, & omnibus Regibus, Rebuspublicis, & Principibus noſtris, multi anni.

RESP.

Pium, & Chriſtianum … peratorem Domine con… Imperator cæleſtis ter… Reges, rectæ fidei con… tores, cuſtodi.

CARD.

Apoſtolicæ Romanæ … Legatis, & in hac Sy… Præſidentibus, cum m… annis magnæ gratiæ.

RESP.

Magnæ gratiæ: Dom… retribuat.

CARD.

Reverendiſſimis Cardi… bus, & Illuſtribus Orator…

RESP.

Magnas gratias, mu… annos.

CARD.

Sanctiſſimis Epiſcopis v… & felix ad eccleſias ſuas … ditus.

RESP.

Præconibus veritatis … petua memoria: Orthod… Senatui multos annos.

CARD.

Sacroſancta œcumeni…

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

ntina Synodus : ejus fi-
onfiteamur , ejus decre-
per ſervemus.

R E S P.

per confiteamur , ſem-
rvemus.

C A R D.

nes ita credimus : om-
dipſum ſentimus : om-
onſentientes & ample-
es ſubſcribimus. Hæc eſt
beati Petri , & Apoſtolo-
hæc eſt fides Patrum :
ſt fides Orthodoxorum.

R E S P.

credimus ; ita ſenti-
ita ſubſcribimus.

C A R D.

decretis inhærentes,
reddamur miſericordiis
tia primi , & magni ſu-
Sacerdotis , Jeſu Chri-
i , intercedente ſimul in-
a Domina noſtra ſancta Deipara, & omnibus Sanctis.

R E S P.

Fiat, fiat, Amen, Amen.

C A R D.

Anathema cunctis hæreticis.

R E S P.

Anathema, anathema.

Poſt hæc mandatum fuit à Legatis, & Præſidentibus, ſub pœna excommunicationis, omnibus Patribus, ut, antequam diſcederent è civitate Tridentina, ſubſcriberent manu propria decretis Concilii; aut ea per publicum inſtrumentum approbarent: qui omnes deinde ſubſcripſerunt, & fuerunt numero CCLV, videlicet, Legati IV. Cardinales II, Patriarchæ III, Archiepiſcopi XXV, Epiſcopi CLVIII, Abbates VII, Procuratores abſentium cum legitimo mandato XXXIX, Generales Ordinum VII.

L A V S   D E O.

Concordat cum originali : in cujus fidem ſubſcripſimus.

Angelus Marſſarellus , Epiſcopus Theleſinus , ſacri Con- Tridentini Secretarius.

Marcus Antonius Peregrinus , Comenſis , ejuſdem Conci- Notarius.

Cynthius Pamphilus , Clericus Camerinenſis diœceſis, dem Concilii Notarius.

C O N-

CONFIRMATIO
C O N C I L I

NOs Alexander, ſancti Laurentii in Damaſo Dia
Cardinalis, de Farneſio, S. R. E. Vicecancellari
dem facimus, & atteſtamur, qualiter hodie, die
curii, XXVI Januarii, M D LXIV, Pontificatus Sa
ſimi D. noſtri D. Pii, divina providentia Papæ Quarti,
quinto, in Conſiſtorio ſecreto, apud S. Petrum, Rev
diſſimi DD. mei, Cardinales Moronus, & Simoneta,
reverſi à ſacro Concilio Tridentino, cui uti Sedis Apoſt
Legati præerant, petierunt ab eodem Sanctiſſimo D. n
ut infra:

Beatiſſime Pater, in decreto ſuper fine Concilii Oecum
Tridentini, pridie Nonas Decembris præteriti publicat
tutum fuit, ut per Sanctitatis veſtræ, & Sanctæ Sedis Ap
licæ Legatos & Præſidentes peteretur nomine dicti Co
à Sanctitate Veſtra confirmatio omnium, & ſingulorum
tam ſub fel. rec. Paulo III, & Julio III, quam ſub
ctitate veſtra in eo decreta & definita ſunt. Quapropte
Joannes Cardinalis Moronus, & Ludovicus Cardinalis S
neta, qui tunc Legati & præſidentes eramus, volentes e
quod in dicto decreto ſtabilitum fuit, humiliter petimu
mine dicti Concilii œcumenici Tridentini, ut Sanctita
ſtra dignetur confirmare omnia & ſingula, quæ tam ſu
rec. Paulo III, & Julio III, quam ſub Sanctitate V
in eo decreta & definita ſunt.

Quibus auditis, Sanctitas Sua, viſo, & lecto tenore
decreti, & habitis votis Reverendiſſimorum DD. mec
Cardinalium, reſpondit per hæc verba:

Petitioni, nomine Concilii œcumenici Tridentini
ejus confirmatione per dictos Legatos nobis factæ, annue
omnia & ſingula, quæ in dicto Concilio tam ſub fel. rec.
lo III, & Julio III, Prædeceſſoribus noſtris, quam Po
catus noſtri tempore decreta & definita ſunt, auctoritate
ſtolica, etiam de Venerabilium fratrum noſtrorum Car
lium conſilio, & aſſenſu, matura cum illis deliberatione
habitâ, confirmamus, atque ab omnibus Chriſti fidelib
cipi, & inviolabiliter obſervari mandamus, in nomine Pa
& Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

Ita eſt,

A. Cardinalis Farneſius, Vicecancell.

B V

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

BVLLA S. D. N. PII, DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ QVARTI,

Super confirmatione OEcumenici generalis Concilii Tridentini.

Pius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

BEnedictus Deus, & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti,
Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis:
qui, reſpicere dignatus Eccleſiam ſuam ſanctam, tot
ɔcellis & tempeſtatibus agitatam atque vexatam, & gravius
dies laborantem, apto tandem ei ſubvenit optatoque reme-
). Ad plurimas & pernicioſiſſimas hæreſes exſtirpandas, ad
rrigendos mores, & reſtituendam eccleſiaſticam diſcipli-
m, ad pacem & concordiam Chriſtiani populi procuran-
m, indictum jam pridem in civitate Tridentina œcumeni-
m & generale Conclium à piæ memoriæ Paulo III, præ-
ceſſore noſtro, & Seſſionibus aliquot habitis cœptum fue-
; ab ejus autem ſucceſſore Julio in eamdem urbem revoca-
m, poſt alias Seſſiones celebratas, variis impedimentis &
fficultatibus objectis, ne tum quidem peragi potuerat: ita-
e diutius intermiſſum fuerat, non ſine maximo mœrore
orum omnium; cum quotidie magis Eccleſia ejuſmodi re-
ediuim imploraret. Nos autem poſt ſuſceptum Sedis Apoſto-
æ regimen, tam neceſſarium ac ſalutare opus, ſicut Paſtora-
ſolicitudo monebat, divinæ miſericordiæ fiducia perficere
greſſi, adjuti pio ſtudio chariſſimi in Chriſto filii noſtri Fer-
nandi Romanorum Imperatoris electi, & aliorum Chriſtia-
rum Regum, Rerumpublicarum & Principum, tandem con-
cuti ſumus, quod nec diurnis nec nocturnis curis elaborare
ſtitimus, quodque à *b* Patre luminum aſſidue precati ſu-
us. Cum enim eam in urbem undique ex Chriſtiani nominis
tionibus conveniſſet, noſtris convocata litteris, & ſua etiam
ſorum pietate excitata, Epiſcoporum, & aliorum inſi-
nium Prælatorum maxima, & œcumenico Concilio digna
equentia, præter plurimos alios pios, & ſacrarum littera-
m ſcientia, divinique & humani juris cognitione præſtan-
s viros, præſidentibus ipſi Synodo Sedis Apoſtolicæ Lega-
s, nobis adeo Concilii libertati faventibus, ut etiam de re-
s Sedi Apoſtolicæ proprie reſervatis liberum ipſi Concilio
bitrium per litteras, ad Legatos noſtros ſcriptas, ultro per-
iſerimus, quæ de Sacramentis, & aliis rebus, quæ quidem
ceſſariæ viſæ ſint, tractanda, definienda & ſtatuenda reſta-
nt, ad confutandas hæreſes, ad tollendos abuſus; & emen-
ndos mores, à ſacroſancta Synodo ſumma libertate dili-
ntiaque tractata, & accurate ac mature admodum definita,
plicata, ſtatuta ſunt. Quibus rebus perfectis, Concilium
nta omnium, qui illi interfuerunt, concordia peractum

a. a *Corinth.* 1. b *Iac.* 1.

fuit, ut conſenſum eum plane à Domino effectum fuiſſe
ſtiterit: *a* idque in noſtris atque omnium oculis valde m
bile fuerit. Pro quo tam ſingulari Dei munere ſupplic
nes ſtatim in alma hac Urbe indiximus, quæ magna Cl
populi pietate celebratæ fuerunt; laudeſque & gratias di
majeſtati merito perſolvendas curavimus: cum ejuſ
Concilii exitus ſpem magnam & prope certam attulerit
ut majores in dies fructus ad Eccleſiam ex ipſius decretis
ſtitutionibuſque perveniant. Cum autem ipſa ſancta Syn
pro ſua erga Sedem Apoſtolicam reverentia, antiquorun
jam Conciliorum veſtigiis inhærens, decretorum ſuo
omnium, quæ noſtro & prædeceſſorum noſtrorum tem
facta ſunt, *b* confirmationem à nobis petierit, decreto
re in publica Seſſione facto: Nos, ex Legatorum litteris p
deinde poſt reditum eorum, ex iis quæ Synodi nomine
genter retulerunt, poſtulatione ipſius Synodi cognita, ha
ſuper hac re cum venerabilibus fratribus noſtris Sanctæ
manæ Eccleſiæ Cardinalibus deliberatione matura, ſanct
Spiritus in primis auxilio invocato, cum ea decreta om
Catholica, & populo Chriſtiano utilia ac ſalutaria eſſe co
viſſemus, ad Dei omnipotentis laudem, de eorumdem frat
noſtrorum conſilio & aſſenſu, in Conſiſtorio noſtro ſec
illa omnia & ſingula auctoritate Apoſtolica hodie confir
vimus, & ab omnibus Chriſti fidelibus ſuſcipienda ac ſerva
eſſe decrevimus; ſicut harum quoque litterarum tenor
clariorem omnium notitiam confirmamus, & ſuſcipi ob
varique decernimus. Mandamus autem in virtute ſanctæ o
dientiæ, & ſub pœnis à ſacris Canonibus conſtitutis, alii
gravioribus, etiam privationis, arbitrio noſtro infligen
univerſis & ſingulis venerabilibus fratribus noſtris, Patr
chis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & aliis quibuſvis eccleſiaſ
Prælatis, cujuſcumque ſtatus, gradus, ordinis & dignit
ſint, etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeant, ut eadem
creta & ſtatuta in eccleſiis ſuis, civitatibus & diœceſibus
judicio & extra judicium diligenter obſervent, & à ſubd
quiſque ſuis, ad quos quomodolibet pertinet, inviolabil
faciant obſervari: contradictores quoſlibet, & contuma
per ſententias, cenſuras & pœnas eccleſiaſticas etiam in i
decretis contentas, appellatione poſtpoſita, compeſcendo:
vocato etiam, ſi opus fuerit, brachii ſæcularis auxilio. Ipſ
vero chariſſimum filium noſtrum Imperatorem electum,
teroſque Reges, Reſpublicas, ac Principes Chriſtianos mo
mus, & per viſcera miſericordiæ Domini noſtri Jeſu Chr
obteſtamur, ut, qua pietate Concilio per Oratores ſuos aff
runt, eadem pietate, ac pari ſtudio, divini honoris, & po
lorum ſuorum ſalutis cauſa, pro Sedis quoque Apoſtolica
ſacræ Synodi reverentia, ad ejuſdem Concilii exequend
obſervanda decreta, Prælatis, cum opus fuerit, auxilio &
vore ſuo adſint, neque adverſantes ſanæ ac ſalutari Conc
doctrinæ opiniones à populis ditionis ſuæ recipi permitta
ſed eas penitus interdicant. Ad vitandum præterea perv
ſionem & confuſionem, quæ oriri poſſet, ſi unicuique lice
pro

a Pſalm. 117. b *In fine ultimæ Seſſionis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

ut ei liberet, in decreta Concilii commentarios & inter-
tationes ſuas edere; Apoſtolica auctoritate inhibemus
nibus, tam eccleſiaſticis perſonis, cujuſcumque ſint ordi-
, conditionis & gradus, quam laïcis, quocumque honore
poteſtate præditis; Prælatis quidem ſub interdicti ingreſ-
eccleſiæ, aliis vero quicumque fuerint, ſub excommuni-
ionis latæ ſententiæ pœnis, ne quis ſine auctoritate noſtra
leat ullos commentarios, gloſſas, annotationes, ſcholia,
umve omnino interpretationis genus, ſuper ipſius Concilii
retis quocumque modo edere, aut quidquam quocumque
mine, etiam ſub prætextu majoris decretorum corrobora-
nis, aut executionis, aliove quæſito colore, ſtatuere. Si
vero in eis aliquid obſcurius dictum & ſtatutum fuiſſe,
nque ob cauſam interpretatione aut deciſione aliqua egere
um fuerit; *a* adſcendat ad locum, quem Dominus elegit,
Sedem videlicet Apoſtolicam, omnium fidelium magi-
am, cujus auctoritatem *b* etiam ipſa ſancta Synodus tam
erenter agnovit. Nos enim difficultates & controverſias,
uæ ex eis decretis ortæ fuerint, nobis declarandas & de-
endas, quemadmodum ipſa quoque ſancta Synodus de-
evit, reſervamus, parati, ſicut ea de nobis merito confiſa eſt,
nium provinciarum neceſſitatibus ea ratione, quæ com-
odior nobis viſa fuerit, providere. Decernentes nihilomi-
s irritum & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis au-
oritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari. Ut hæc
tem ad omnium notitiam perveniant, neve quis excuſa-
one ignorationis uti poſſit: Volumus, & mandamus, ut hæ
teræ per aliquos curiæ noſtræ Curſores in Baſilica Vati-
na Principis Apoſtolorum, & in Eccleſia Lateranenſi, tunc,
m in eis populus, ut Miſſarum ſolemnibus interſit, con-
egari ſolet, palam & clara voce recitentur; &, poſtquam
itatæ fuerint, ad valvas earum Eccleſiarum, itemque Can-
llariæ Apoſtolicæ, & in loco ſolito Campi Floræ affigan-
; ibique, ut legi & omnibus innoteſcere poſſint, aliquan-
per relinquantur. Cum autem inde amovebuntur, relictis
more ibidem exemplis, in alma Urbe ad impreſſionem tra-
ntur, quo commodius per Chriſtiani nominis provincias
regna divulgari poſſint. Tranſſumptis quoque earum, quæ
anu alicujus publici Notarii ſcripta, ſubſcriptave, & ſi-
llo ac ſubſcriptione alicujus perſonæ, in dignitate eccleſia-
ca conſtitutæ, munita fuerint, fidem ſine ulla dubitatione
beri, mandamus atque decernimus. Nulli ergo omnino ho-
num liceat hanc paginam noſtræ confirmationis, moni-
onis, inhibitionis, reſervationis, voluntatis mandatorum
decretorum infringere, vel ei auſu temerario contraire.
quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem
nnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum
us, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud ſanctum
trum anno incarnationis Dominicæ millesimo quingente-
mo ſexageſimo quarto, ſeptimo Kalend. Februarii, Pon-
icatus noſtri anno quinto.

a *Deut. 17.* b *Cap. de recip. & obſerv. Decret. Conc.*

Ego PIVS *Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.*
Ego *F. Card. Piſanus, Epiſcopus Oſtienſ. Decanus.*
Ego *Fed. Card. Caſius, Epiſcopus Portuen.*
Ego *Io. Card. Moronus, Epiſcopus Tuſculan.*
Ego *A. Card. Farneſius, Vicecanc. Epiſcopus Sab.*

. . . .

. . . .

Ego *R. Card. S. Angeli, Major Pœnitent.*

. . . .

. . . .

. . . .

Ego *Io. Cardinalis S. Vitalis.*
Ego *Io. Michaël Cara. Saracenus.*

. . . .

Ego *Io. B. Cicada, Card. S. Clementis.*
Ego *Scipio, Cardinalis Piſarum.*
Ego *Io. Cardinalis Reumanus.*
Ego *F. M. G. Card. Alexandrinus.*
Ego *F. Clemens, Card. Aræ cæli.*
Ego *Ia. Card. Sabellus.*

. . . .

. . . .

Ego *B. Cardinalis Salviatus.*
Ego *Ph. Card. Aburd.*
Ego *Lud. Cardinalis Simonetta.*

. . . .

. . . .

Ego *F. Card. Pacieccus y de To.*
Ego *M. A. Cardinalis Amulius.*
Ego *Io. Franc. Card. de Gambara.*
Ego *Carolus Card. Borromæus.*
Ego *M. S. Card. Conſt.*
Ego *Alph. Card. Geſualdus.*
Ego *Hip. Cardinalis Ferrar.*
Ego *Franciſcus, Card. Gonzaga.*

. . . .

Ego *Gui. Aſc. Diac. Cardinalis Cam.*
Ego *Vitellocius, Cardinalis Vitellius.*

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

Ant. Florebellus Lavellinus.

A. Cumyn.

CON-

CONSTITVTIONES
EX ANTIQVO JVRE
DESVMPTÆ,
ET
PER CONCILIVM
SPECIATIM INNOVATÆ,

VNA CVM ALIIS QVATVOR

PII PP. IV,
AD CONCILIVM
MAXIME SPECTANTIBVS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

INDEX CONSTITVTIONVM INNOVATARVM.

AD audientiam.	XIV
Clerici, qui.	XVI
Conſuetudinem.	XVIII
Cum capella.	XVIII
Cum in cunctis.	VII
Cum praexcelſa.	IV
De multa.	IX
Exigit.	XVI
Grave nimis eſt.	VIII
Grave nimis gerimus.	V
Inferiora.	VII
In ſingulis.	XXI
Inter cetera.	VII
Licet Canon.	VIII
Nos, ne id.	III
Omnis utriuſque.	XII
Ordinarii.	IX
Periculoſo.	XIX
Qualiter & quando.	XVII
Quia contingit.	XI
Quia nonnulli.	VIII
Quoniam qui.	XIII
Romana.	XIV
Statutum.	XXII
Volentes.	X
Vt ii qui.	XIV

Symmachus lib. 10. Epiſt. 21.

Leges, quæ in bonum commune procedunt, numquam patiuntur occaſum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

LEO DECIMVS
N CONCILIO LATERANENSI.
SESSIONE X.

De impreſſione librorum.

Nos, ne id quod ad Dei gloriam, & fidei augmentum, ac bonarum artium propagationem ubriter eſt inventum, in ntrarium convertatur, ac riſti fidelium ſaluti detrientum pariat, ſuper librom impreſſione curam noam habendam fore duxius, ne de cetero cum bonis minibus ſpinæ coaleſcant, l medicinis venena inter iſceantur. Volentes igitur opportuno ſuper his remeo providere, hoc ſacro apobante Concilio, ut negoum impreſſionis librorum ijuſmodi eo proſperetur fecius, quo deinceps indago lertior diligentius & cauus adhibeatur: ſtatuimus & rdinamus, quod de cetero erpetuis futuris temporibus, illus librum aliquem, ſeu iam quamcumque ſcriptuim, tam in Vrbe noſtra, uam aliis quibuſvis civitabus & diœceſibus, imprinere ſeu imprimi facere præimat, niſi prius in Vrbe per icarium noſtrum, & ſacri alatii Magiſtrum; in aliis ero civitatibus & diœceſius per Epiſcopum, vel alium abentem peritiam ſcientiæ, libri ſeu ſcripturæ hujuſmodi imprimendæ, ab eodem Epiſcopo ad id deputandum, ac Inquiſitorem hæreticæ pravitatis civitatis ſive diœceſis, in quibus librorum impreſſio hujuſmodi fieret, diligenter examinentur, & per eorum manu propria ſubſcriptionem, ſub excommunicationis ſententia, gratis & ſine dilatione imponendam, approbentur. Qui autem ſecus præſumpſerit, ultra librorum impreſſorum amiſſionem, & illorum publicam combuſtionem, ac centum ducatorum fabricæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, ſine ſpe remiſſionis, ſolutionem, ac anni continui exercitii impreſſionis ſuſpenſionem, excommunicationis ſententia innodatus exſiſtat: ac demum ingraveſcente contumacia, taliter per Epiſcopum ſuum, vel Vicarium noſtrum reſpective per omnia juris remedia caſtigetur; quod alii ejus exemplo ſimilia minime attentare præſumant. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum Romæ in publica Baſilica ſolemniter celebrata anno Incarnationis Dominicæ 1515. 4 Maji, Pontificatus noſtri anno 3.

a *Seſſ. 4. Decret. de edit. & uſu ſacr. lib.*

SIXTI QVARTI

Conſtitutio prior de feſto Conceptionis immaculatæ Virginis, libro tertio Extravagantium Communium, tit. de Reliquiis & veneratione Sanctorum.

a CUm præexcelſa meritorum inſignia, quibus Regina cælorum, virgo Dei genitrix glorioſa, ſedibus prælata æthereis, ſideribus quaſi ſtella matutina perrutilans, devotæ conſiderationis indagine perſcrutamur, & intra pectoris arcana revolvimus, quod ipſa, utpote via miſericordiæ, mater gratiæ, & pietatis amica, humani generis conſolatrix, pro ſalute fidelium, qui delictorum onere gravantur, ſedula oratrix, & pervigil, ad Regem, quem genuit, intercedit: dignum, quin potius debitum reputamus, univerſos Chriſti fideles, ut omnipotenti Deo (cujus providentia ejuſdem Virginis humilitatem ab æterno reſpiciens, pro conciliandа ſuo actori humana natura, lapſu primi hominis æternæ morti obnoxia, eam ſui Unigeniti habitaculum ſancti Spiritus præparatione conſtituit, (ex qua carnem noſtræ mortalitatis pro redemptione populi ſui aſſumeret, & immaculata virgo nihilominus poſt partum rema-

neret) de ipſius immacul
Virginis mira concepti
gratias & laudes referant,
inſtituta propterea in Ecc
ſia Dei, Miſſas & alia div
Officia dicant, & illis int
ſint, indulgentiis & peccat
rum remiſſionibus invitat
ut exinde haut ejuſdem V
ginis meritis & interceſſic
divinæ gratiæ aptiores. H
igitur conſideratione ind
cti, ejuſdem omnipoten
Dei, ac beatorum Petri
Pauli, Apoſtolorum ejus, a
ctoritate confiſi, auctorita
Apoſtolica hac in perpetuu
valitura conſtitutione ſtatu
mus & ordinamus, quod or
nes & ſinguli Chriſti fidel
utriuſque ſexus, qui Miſſa
& officium Conceptionis
juſdem Virginis glorioſa
juxta piam, devotam & la
dabilem ordinationem dilec
filii Magiſtri Leonardi
Nogarolis, clerici Verrone
ſis, Notarii noſtri, & qu
deſuper à nobis emanavit
Miſſæ & Officii hujuſmo
inſtitutionem, in die feſtiv
tatis Conceptionis ejuſder
Virginis Mariæ, & per Octa
va

a *Seſſ. 3. dec. de pecc. orig. Vide Bullam Pii V, quæ incipit,* Super ſpeculæ. 1570. *Pauli V, quæ incipit,* Regis pacifici. 1616. *ejuſdem decretum in generali congregatione.* 1617. 31. *Auguſti. Ne quis publice affirmare audeat, Virginem peccaſſe in Adamo; extenſum poſtea ad actus privatos à Gregorio XV, in generali congregat.* 24 *Maji* 1621. *data tamen facultate Fratribus Ordinis Prædicatorum per Bullam, quæ incipit,* Exim
atq; ſingulares. *ejuſdem ann
privatim & inter ſe dumtaxa
eam quaſtionem agitandi. Ia
ante Concilium Baſileenſe, eo
qui Virginis Conceptioni imma
culatæ detraherent, ſolemnite
admodum damnatos ab Epiſco
po & univerſo Clero Pariſienſi,
auctor eſt Ioannes Iuvenali
Vrſinus, Archiepiſcopus Rhe
menſis, lib. de Rebus geſtis Caroli VI, Francorum Regis, ſub anno* 1387.

ejus, devote celebrave-
& dixerint, aut illis Horis
nicis interfuerint: quo-
d fecerint, eamdem pror-
ndulgentiam & peccato-
remiſſionem conſequan-
quam juxta felicis recor-
nis Vrbani IV, in Conci-
iennenſi approbatæ, ac
tini V, & aliorum Roma-
m Pontificum Prædeceſ-
m noſtrorum conſtitutio-
conſequuntur illi, qui
am & Horas canonicas in
Corporis & Sanguinis
nini noſtri Ieſu Chriſti à
nis Veſperis, & per illius
avas, juxta Romanæ Ec-
æ conſtitutionem, cele-
t, dicunt, aut Miſſæ, Of-
, & Horis hujuſmodi in-
unt, præſentibus perpetuis
poribus valituris. Datum
næ apud S. Petrum, anno
rnationis Dominicæ 1476,
alend. Martii, Pontifica-
noſtri anno 6.

Conſtitutio altera.

Rave nimis gerimus &
moleſtum, cum ſiniſtra
is de quibuſdam Eccleſia-
is perſonis referuntur. Sed
orum, qui ad euangeli-
dum verbum Dei ſunt de-
ati, exceſſibus prædican-
commiſſis, eo gravius pro-
amur, quo illi periculo-
remanent incorrecti, cum
ile deleri nequeant, qui
ltorum cordibus ſic pu-
ce prædicando diffuſius &
nnabilius imprimuntur er-
es. Sane cum ſancta Ro-
na Eccleſia de intemeratæ
nperque Virginis Mariæ
nceptione publice feſtum
emniter celebret, & ſpe-
le ac proprium ſuper hoc
ficium ordinaverit: non-
lli, ut accepimus, diver-
rum Ordinum prædicato-
, in ſuis ſermonibus ad populum publice per diverſas civitates & terras affirmare hactenus non erubuerunt, & quotidie prædicare non ceſſant, omnes illos qui tenent, aut aſſerunt, eamdem glorioſam & immaculatam Dei genitricem abſque originalis peccati macula fuiſſe conceptam, mortaliter peccare, vel eſſe hæreticos: ejuſdem immaculatæ conceptionis Officium celebrantes, audienteſque ſermones illorum qui eam ſine hujuſmodi macula conceptam eſſe affirmant, peccare graviter: ſed & præfatis predicationibus non contenti, confectos ſuper his ſuis aſſertionibus libros in publicum ediderunt; ex quorum aſſertionibus & prædicationibus non levia ſcandala in mentibus fidelium exorta ſunt, & majora merito exoriri formidantur in dies. Nos igitur hujuſmodi temerariis auſibus, ac perverſis aſſertionibus ac ſcandaloſis, quæ exinde in Dei Eccleſia exoriri poſſunt, quantum nobis ex alto conceditur, obviare volentes, motu proprio, non ad alicujus nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de noſtra mera deliberatione & certa ſcientia, hujuſmodi aſſertiones prædicatorum eorumdem & aliorum quorumlibet, qui affirmare præſumerent, eos qui crederent aut tenerent, eamdem Dei genitricem ab originalis peccati macula in ſua conceptione præſervatam fuiſſe, propterea alicujus hæreſis labe pollutos fore, vel mortaliter peccare: aut hujuſmodi Officium conceptionis celebrantes, ſeu hujuſmodi ſermones audientes, alicujus peccati reatum incurrere, utpote falſas & erroneas, &

à veritate penitus alienas, editoſque deſuper libros prædictos id continentes, quoad hoc, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium reprobamus & damnamus: ac motu, ſcientia, & auctoritate prædictis ſtatuimus & ordinamus, quod prædicatores verbi Dei, & quicumque alii, cujuſcumque ſtatus, gradus, aut ordinis, ac conditionis fuerint, qui de cetero auſu temerario præſumpſerint in eorum ſermonibus ad populum, ſeu alias quomodolibet affirmare, hujuſmodi ſic per nos improbatas & damnatas aſſertiones veras eſſe, aut dictos libros pro veris legere, tenere, vel habere, poſtquam de præſentibus ſcientiam habuerint, excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant, à qua ab alio, quam à Romano Pontifice (niſi in mortis articulo) nequeant abſolutionis beneficium obtinere. Item motu, ſcientia, & auctoritate ſimilibus, ſimili pœnæ ac cenſuræ ſubjicientes eos, qui auſi fuerint aſſerere, contrariam opinionem tenentes, videlicet glorioſam Virginem Mariam cum originali peccato fuiſſe conceptam, hæreſis crimen vel peccatum incurrere mortale; cum nondum ſit à Romana Eccleſia & Apoſtolica Sede deciſum: non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis contrariis quibuſcumque, quibus communiter vel diviſim à Sede Apoſtolica indultum exſiſtat, quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per l[...] ras Apoſtolicas, non fac[...] tes plenam ac expreſſam [...] de verbo ad verbum de [...] dulto hujuſmodi mentio[...] Et ne de præmiſſis aliqua[...] valeant ignorantiam all[...] re, volumus, quod lo[...] rum Ordinarii requiſiti, [...] ſentes litteras in eccleſiis [...] ſiſtentibus in eorum ci[...] tibus, & ſuarum diœce[...] locis inſignibus, dum [...] jor ibi multitudo popul[...] divina convenerit, ſer[...] nibus ad populum man[...] & faciant publicari. [...] terea, quia difficile [...] præſentes litteras ad ſing[...] loca, in quibus exped[...] fuerit, deferre: etiam v[...] mus, & dicta auctori[...] decernimus, quod ear[...] dem litterarum tranſſump[...] manu publici Notarii co[...] cto, & authentico alicu[...] prælati Eccleſiaſtici ſig[...] munito, ubique ſtetur, pr[...] ſtaretur eiſdem originali[...] litteris, ſi forent exhib[...] vel oſtenſæ. Nulli ergo [...] nino hominum liceat h[...] paginam noſtræ reprobat[...] nis, damnationis, ſtat[...] ordinationis, voluntatis [...] decreti infringere, vel e[...] ſu temerario contraire. [...] quis autem hoc attent[...] præſumpſerit, indignation[...] omnipotentis Dei, & b[...] torum Petri & Pauli, Apo[...] lorum ejus, ſe noverit inc[...] ſurum. Datum Romæ ap[...] ſanctum Petrum anno inc[...] nationis Dominicæ 14[...] pridie Nonas Septembr. P[...] tificatus noſtri anno 13.

CO[...]

NCILIVM LATERANENSE SVB INNOCENTIO III.

Canone 10. de Prædicatoribus inſtituendis.

iter cetera quæ ſpectant
d ſalutem populi Chri-
iani, pabulum verbi
ermaxime noſcitur ſibi
eceſſarium, quia ſicut
s materiali, ſic anima
uali cibo nutritur; eo
non in ſolo pane vivat
, ſed in omni verbo
procedit de ore Dei:
cum ſæpe contingat,
Epiſcopi, propter oc
tiones multiplices, vel
etudines corporales, aut
les incurſiones, ſeu occa-
s alias (ne dicamus de-
m ſcientiæ, quod in eis
probandum omnino, nec
tero tolerandum) per ſe
non ſufficiunt miniſtra
pulo verbum Dei, ma-
per amplas diœceſes &
ſas: generali conſtitu-
ſancimus, ut Epiſcopi
idoneos ad ſanctæ præ-
ionis officium ſalubriter
quendum aſſumant, po-
s in opere & ſermone,
plebes ſibi commiſſas vice
um, cum per ſe idem ne-
erint, ſollicite viſitantes,
verbo ædificent, & exem-
quibus ipſi, cum indi-
int, neceſſaria miniſtrent,
ro neceſſariorum defectu
pellantur deſiſtere ab in-
o. Unde præcipimus tam
thedralibus quam in aliis
entualibus eccleſiis viros
eos ordinari, quos Epi
i poſſint coadjutores &
eratores habere, non
m in prædicationis offi
verumetiam in audiendis
feſſionibus, & peniten-
injungendis, ac ceteris,
ad ſalutem pertinent ani-
marum. Si quis autem hoc neglexerit adimplere, diſtrictæ ſubjaceat ultioni.

Lib. 1. Decretal tit. de electione, & electi poteſtate. cap. 7

CVm in cunctis ſacris ordinibus, & eccleſiaſticis miniſteriis, ſint ætatis maturitas, gravitas morum, & litterarum ſcientiæ inquirendæ; multo fortius in Epiſcopo hæc oportet inquiri: qui ad aliorum curam poſitus, in ſe ipſo debet oſtendere, qualiter alios in domo Dei oporteat converſari. Eapropter, ne quod de quibuſdam pro neceſſitate temporis factum eſt, trahatur à poſteris in exemplum; præſenti decreto ſtatuimus, ut nullus in Epiſcopum eligatur, niſi qui jam trigeſimum annum ætatis exegerit, & de legitimo matrimonio ſit natus: qui etiam vita & ſcientia commendabilis demonſtretur.

Ibid. §. Inferiora.

b INferiora etiam miniſteria, ut puta Decanatum, Archidiaconatum, & alia quæ curam animarum habent annexam, nullus omnino ſuſcipiat, ſed nec parochialis Eccleſiæ regimen, niſi qui jam vigeſimum quintum annum ætatis attigerit, & ſcientia & moribus commendandus exſiſtat: cum autem aſſumptus fuerit, ſi Archidiaconus in Diaconum, & Decanus & reliqui admoniti non fuerint, præfixo à canonibus tempore in Presbyteros ordinati; & ab

(a) *Seſſ. 5. de reform. cap. 2.*

b *Seſſ. 24. de reform. cap. 12.*

ab iſto removeantur officio, & aliis conferatur, qui & velint & poſſint illud convenienter implere. Nec profit eis appellationis refugium, ſi forte in conſtitutionis iſtius tranſgreſſionem per appellationem voluerint ſe tueri. Hoc ſane non ſolum de promovendis, ſed etiam de his qui jam promoti ſunt, ſi canones non obſiſtant, præcipimus obſervari.

Lib. 3. Decretal. de clericis non reſidentibus.
cap. 3.

a QUia nonnulli modum avaritiæ non ponentes, dignitates diverſas eccleſiaſticas, & plures eccleſias parochiales, contra ſacrorum canonum inſtituta nituntur accipere; ut cum unum officium vix implere ſufficiant, ſtipendia ſibi vendicent plurimorum: ne id de cetero fiat, diſtrictius inhibemus. Cum igitur Eccleſia vel eccleſiaſticum miniſterium committi debuerit, talis ad hoc perſona quæratur, quæ reſidere in loco, & curam ejus per ſeipſam valeat exercere. Quod ſi aliter actum fuerit, & qui receperit, quod contra ſacros canones accepit, amittat: & qui dederit, largiendi poteſtate privetur.

In Sexto. De electione & electi poteſtate.
cap. 14.

b LIcet Canon, à felicis recordationis Alexandro Papa III, prædeceſſore noſtro editus, inter cætera ſtatuerit, ut nullus regimen Eccleſiæ parochialis ſuſcipiat, niſi vigeſimum quintum ætatis annum attigerit, ac ſcientia & moribus commendar[...] exſiſtat; quodque talis [...] regimen aſſumptus hujuſ[...]di, ſi monitus non fue[...] præfixo à canonibus temp[...] in presbyterum ordinatu[...] regiminis ejuſdem amo[...]tur officio, & alii conf[...]tur. Quia tamen in obſe[...]tione Canonis memorat[...] multi exhibent negligen[...] nos periculoſam illorum [...]gligentiam volentes juris [...]ſecutione ſuppleri, præſ[...] decreto ſtatuimus, ut [...]lus ad regimen parochi[...] Eccleſiæ aſſumatur, niſi [...] idoneus moribus, ſcient[...] & ætate: Decernentes, c[...]lationes de parochialibus [...]cleſiis iis, qui non attiger[...] vigeſimum quintum annu[...] de cetero faciendas, viri[...] omnino carere. Is etiam [...] ad hujuſmodi regimen a[...]metur, ut gregis ſibi c[...]diti diligentius curam q[...]rere poſſit, in parochiali E[...]cleſia, cujus rector is ex[...]terit, reſidere perſonaliter [...]neatur. Et intra annum à [...]bi commiſſi regiminis te[...]pore numerandum, ſe fac[...] ad ſacerdotium promove[...] Quod ſi intra idem temp[...] promotus non fuerit, Ecc[...]ſia ſibi commiſſa (nulla etia[...] præmiſſa monitione) ſit pr[...]ſentis conſtitutionis aucto[...]tate privatus. Super reſide[...]tia vero, ut præmittitur, [...]cienda, poſſit Ordinarius g[...]tiam diſpenſationis ad te[...]pus facere, prout cauſa r[...]tionabilis id expoſcit.

Lib. 3. Decretal. De praben[...] & dignitatibus.
cap. 29.

c GRave nimis eſt & a[...]ſurdum, quod quida[...] eccl[...]

a *Seſſ. 7. de reform. cap. 3.*
b *Seſſ. 7. de reform. cap. 3.*
c *Seſſ. 7. de reform. cap. 3.*

…ſiarum prælati , cum …nt viros idoneos ad ec-…ſtica beneficia promo-… aſſumere non verentur …nos , quibus nec morum …tas, nec litterarum ſci-… ſuffragatur , carnalita-…ſquentes affectum , non …um rationis. Vnde quan-…clefiis damna proveni-… nemo ſanæ mentis igno-…olentes igitur huic mor-…ederi, præcipimus , ut, …rmiſſis indignis , ido-…aſſumant, qui Deo & Ec-… velint & valeant gra-…impendere famulatum : …e de hoc in provinciali …lio diligens inquiſitio …tìm ; ita ut qui poſt pri-… & ſecundam correptio-…fuerit repertus culpabi-…à beneficiis conferendis …pſum Concilium ſuſpen-… , inſtituta in eodem …lio perſona provida & …ta , quæ ſuſpenſi ſup-… defectum in beneficiis …rendis. Et hoc ipſum … Capitula , quæ in his de-…int , obſervetur. Me-…litani vero delictum , …ioris judicio relinqua-… parte Concilii nuntian-… Vt autem hæc ſalubris …ſio pleniorem conſequa-…fectum , hujuſmodi ſuſ-…nis ſententia , præter …ni Pontificis auctorita-… aut proprii Patriarchæ, …ne relaxetur , ut in hoc … quatuor patriarchales …ſpecialiter honorentur.

…. Decretal. De præbendis … dignitatibus. c. 28.

…E multa providentia …uit in Lateranenſi Con-…prohibitum , ut nullus …as dignitates eccleſia-… vel plures Eccleſias pa-…ales reciperet , contra ſacrorum Canonum inſtituta : alioquin recipiens ſic acceptum amitteret, & largiendi poteſtate conferens privaretur. Quia vero propter præſumptiones , & quorumdam cupiditates , nullus hactenus, aut rarus, de prædicto ſtatuto fructus provenit : nos evidentius & expreſſius occurrere cupientes , præſenti decreto ſtatuimus , ut quicumque receperit aliquod beneficium , curam habens animarum annexam , ſi prius tale beneficium habebat , eo ſit ipſo jure privatus : & ſi forte illud retinere contenderit, etiam alio ſpolietur. Is quoque , ad quem prioris ſpectat donatio , illud poſt receptionem alterius libere conferat, cui merito viderit conferendum : & ſi ultra ſex menſes conferre diſtulerit, non ſolum ad alios ſecundum Lateranenſis Concilii ſtatutum ejus collatio devolvatur , verum etiam tantum de ſuis cogatur proventibus in utilitatem eccleſiæ , cujus eſt illud beneficium , aſſignare , quantum à tempore vacationis ipſius conſtiterit eſſe præceptum. Hoc idem in perſonatibus eſſe decernimus obſervandum: addentes , ut in eadem Eccleſia nullus plures dignitates aut perſonatus habere præſumat , etiam ſi curam non habeant animarum. Circa ſublimes tamen & literatas perſonas , quæ majoribus beneficiis ſunt honorandæ , cum ratio poſtulaverit , per Sedem Apoſtolicam poterit diſpenſari.

In Sexto , tit. 16. De Officio Ordinarii. cap. 3.

b ORdinarii locorum ſubditos ſuos plures dignitates , vel Eccleſias , quibus anima-

… Seſſ. 7 . de reform. cap. 4.

b. Seſſ. 7. de reform. cap. 5.

animarum cura imminet, obtinentes, ſeu perſonatum aut dignitatem cum alio beneficio, cui cura ſimilis eſt annexa, diſtricte compellant diſpenſationes, auctoritate, quarum hujuſmodi Eccleſias, perſonatus, ſeu dignitates canonice tenere ſe aſſerunt, intra tempus pro facti qualitate ipſorum ordinariorum moderandum arbitrio exhibere. Quod ſi forte juſto impedimento ceſſante, nullam diſpenſationem intra idem tempus contigerit exhiberi, Eccleſiæ beneficia, perſonatus, ſeu dignitates, quæ ſine diſpenſatione aliqua eo ipſo illicite detineri conſtabit, per eos, ad quos eorum collatio pertinet, libere perſonis idoneis conferantur. Ceterum ſi diſpenſatio exhibita ſufficiens evidenter appareat, exhibens nequaquam in beneficiis hujuſmodi, quæ canonice obtinet, moleſtetur. Provideat tamen ordinarius, qualiter nec animarum cura in eiſdem Eccleſiis, perſonatibus, ſeu dignitatibus negligatur: nec beneficia ipſa debitis obſequiis defraudentur. Si vero de diſpenſationis exhibitæ ſufficientia dubitetur, ſuper hoc erit ad Sedem Apoſtolicam recurrendum: cujus eſt æſtimare, quem modum ſui beneficii eſſe velit. In conferendis inſuper perſonatibus, & dignitatibus & aliis beneficiis curam habentibus animarum annexam; iidem Ordinarii diligentiam illam obſervent, ut perſonatum, dignitatem, vel aliud beneficium ſimilem curam habens animarum, alicui plura ſimilia obtinenti non ante conferre præſumant, quam eis ſuper obtentis diſpenſatio evidenter ſufficiens oſtendatur: qu[...] iam oſtenſa, ita demum [...] collationem procedi v[...] mus, ſi appareat per eamd[...] quod is, cui eſt collati[...] cienda, hujuſmodi per[...] tum, dignitatem, vel be[...] cium retinere libere v[...] cum obtentis; vel ſi ea [...] ſic obtinet, libere ac ſp[...] reſignet Aliter autem de [...] ſonatibus, dignitatibus, &[...] neficiis talibus facta coll[...] nullius penitus ſit momen[...]

In Sexto, De Privilegi[...]
cap. 1.

a Volentes libertatem (q[...] nonnullis Apoſto[...] Sedes privilegio exempti[...] indulſit) ſic integram c[...] vari, ut & illam alii no[...] fringant, & ipſi ejus li[...] non excedant, declara[...] irrefragabili definimus, [...] quantumcumque ſic exe[...] gaudeant libertate; n[...] minus tamen ratione del[...] ſive contractus aut rei d[...] contra ipſos agitur, rite [...] ſunt coram locorum Or[...] riis conveniri, & illi q[...] hoc ſuam in ipſos juriſdi[...] nem (prout jus exigit) [...] cere.

Numquid ergo carent [...] nino in his commodo lib[...] tis? non utique: quia ne[...] ram Ordinariis ipſis, dum[...] do ſit in loco exempto [...] miſſum delictum, vel co[...] ctus initus, aut es litig[...] nec ubi domicilium ha[...] ſi alibi delinquant vel co[...] hant, aut res ipſa conſi[...] conveniri poſſunt aliq[...] nus ſuper iſtis: nec do[...] liorum prætextu, loc[...] diœceſani (ſi ubi delique[...] vel contraxerunt, aut re[...] conſiſtit, illi convenia[...] remittendi eos illuc, vel [...]

Seſſ. 7. de reform. cap. 14.

ic reſpondeant, injun- habeant aliquam po- em; ſalvis nihilominus s aliis, in quibus eos oporum juriſdictioni e Canonica præcipiunt nta. Et idipſum decer- s circa illos, quibus, ut niſi ſub uno judice te- ur de ſe conquerentibus ndere, Apoſtolico pri- o eſt conceſſum. In eos n, quibus, ne interdici, ndi, vel excommunica- quoquam valeant, à Se- poſtolica eſt indultum t ſunt religioſi quam- s) in quorum privile- ontinetur, ne quiſquam opus vel Archiepiſco- monaſteriorum ſuorum achos pro ulla cauſa, e loco interdicere, ſuſ- ere, vel excommunicare umat: iidem Ordinarii dictionem ſuam, quan ad iſta, ubicumque illi nt, penitus exercere non nt; niſi forſan ipſi mo- i ad monaſteriorum ſuo- prioratus Ordinariis iiſ- ſubjectos fuerint deſti- Tunc enim etſi libere nt ad eadem monaſteria cari. ac tam illorum n ipſorum prioratuum achi reputentur, (cum fit inconveniens aliquem bique locum habere mo- icum) unum alteri ſub- monaſterio, vel ab ipſo itur dependere; ratione en eorumdem prioratuum i Ordinarii ſua juriſdi- ne in ipſis etiam quoad miſſa (quamdiu moran- n iis) licite uti poſſunt.

lementinis, lib. 3. tit. De religioſis domibus.

QVia contingit interdum, quod xenodochiorum, leproſariarum, eleemoſynariarum, ſeu hoſpitalium rectores, locorum ipſorum cura poſtpoſita, bona, res & jura ipſorum interdum ab occupatorum & uſurpatorum manibus excutere negligunt; quinimo ea collabi & deperdi, domos & ædificia ruinis deformari permittunt: & non attento, quod loca ipſa ad hoc fundata & fidelium erogationibus dotata fuerunt, ut pauperes infectique lepra reciperentur inibi, & ex proventibus ſuſtentarentur illorum, id renuunt inhumaniter facere, proventus eoſdem in uſus ſuos damnabiliter convertentes; cum tamen ea quæ ad certum uſum largitione ſunt deſtinata fidelium, ad illum debeant, non ad alium (ſalva quidem Sedis Apoſtolicæ auctoritate) converti: nos incuriam & abuſum hujuſmodi deteſtantes, hoc ſacro Concilio approbante ſancimus, ut ii, ad quos id de jure vel ſtatuto in ipſorum fundatione locorum appoſito, aut ex conſuetudine præſcripta legitime, vel privilegio Sedis Apoſtolicæ pertinet, loca ipſa ſtudeant in prædictis omnibus ſalubriter reformare, ac occupata, deperdita, & alienata indebite, in ſtatum reduci debitum faciant: & ad ipſarum miſerabilium perſonarum receptionem & ſuſtentationem debitam, juxta facultates & proventus locorum ipſorum, rectores prædictos compellere non omittant. In quo ſi forte commiſerint negligentiam vel defectum, Ordinariis locorum injungimus, ut etiam ſi pia loca prædicta exemptionis privilegio munita conſiſtant, per

a *Seſſ. 7. de reform. c. 15. & Seſſ. 25. de reform. c. 8.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

per ſeipſos vel alios impleant omnia præmiſſa & ſingula, & rectores eoſdem utique non exemptos, propria; exemptos vero, & alios privilegiatos, Apoſtolica ad id auctoritate compellant. Contradictores, cujuſcumque ſtatus aut conditionis exſiſtant, aut præbentes eiſdem circa præmiſſa conſilium, auxilium, vel favorem, per cenſuram eccleſiaſticam, & aliis juris remediis compeſcendo; nullum tamen per hoc exemptionibus ſeu privilegiis ipſis quoad alia præjudicium generando. Vt autem præmiſſa promptius obſerventur, nullus ex locis ipſis ſecularibus clericis in beneficium conferatur; etiam ſi de conſuetudine (quam reprobamus penitus) hoc fuerit obſervatum: niſi in illorum fundatione ſecus fuerit conſtitutum, ſeu per electionem ſit de rectore locis hujuſmodi providendum. Sed eorum gubernatio viris providis, idoneis, & boni teſtimonii committatur, qui ſciant, velint, & valeant loca ipſa, bona eorum ac jura utiliter regere, & eorum proventus & reditus in perſonarum uſum miſerabilium fideliter diſpenſare; & quos in uſus alios bona prædicta convertere præſumptio veriſimilis non exſiſtat: in quibus ſub obteſtatione divini judicii, illorum, ad quos dictorum locorum commiſſio pertinet, conſcientias oneramus. Illi etiam, quibus dictorum locorum gubernatio ſeu adminiſtratio committetur, ad inſtar tutorum & curatorum juramentum præſtare, ac de locorum

ipſorum bonis inven
conficere, & Ordinariis
aliis quibus ſubſunt loc
juſmodi, vel deputand
eis, annis ſingulis de a
niſtratione ſua teneantu
dere rationem. Quod
cus à quoquam fuerit a
tatum, collationem, p
ſionem, ſeu ordinatio
ipſam carere decernimus
ni robore firmitatis.
miſſa vero ad hoſpitali
litarium Ordinum, aut
gioſorum etiam alior
extendi minime volu
Quorum tamen hoſpita
rectoribus in ſanctæ obe
tiæ virtute mandamus,
illis ſecundum ſuorum
dinum inſtituta & anti
obſervantias providere
peribus, & hoſpitalit
debitam in illis tenere
curent: ad quod per S
riores eorum arcta diſtri
ne cogantur, ſtatutis
conſuetudinibus quibu
non obſtantibus in præm
Ceterum noſtræ intent
exſiſtit, quod ſi quæ h
talia, altare, vel alt
& cœmiterium ab ant
habentia, & presbyteros
lebrantes, & ſacramenta
cleſiaſtica pauperibus m
ſtrantes, ſeu ſi paroch
rectores conſueverint in
exercere præmiſſa, ant
conſuetudo ſervetur, q
exercenda & miniſtranda
ritualia ſupradicta.

Concilium Lateran. ſub In-
cent. III. c. 21. De pæ
& remiſſ. c. Omnis.

a OMnis utriuſque ſ
fidelis, poſtquam
annos diſcretionis perv
rit, omnia ſua ſolus pec

a *Seſſ. 13. de Sacram. Euchar. Can. 9. & Seſſ. 14. de Sacram. pœnit. Can. 8.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

nfiteantur fideliter, ſaltem nel in anno *a* proprio ſa- rdoti: & injunctam ſibi pœ- entiam ſtudeat pro viri- s adimplere, ſuſcipiens re- enter ad minus in Paſcha chariſtiæ ſacramentum, i forte de conſilio proprii erdotis, ob aliquam ratio- ilem cauſam, ad tempus ejus perceptione duxerit tinendum: alioquin & vi- s ab ingreſſu Eccleſiæ ar- tur, & moriens Chriſtiana eat ſepultura. Vnde hoc tare ſtatutum frequenter Eccleſiis publicetur, ne ſpiam ignorantiæ cæcita- elamen excuſationis aſſu- . Si quis autem alieno rdoti voluerit juſta de a ſua confiteri peccata, ntiam prius poſtulet & neat à proprio ſacerdote, aliter ille ipſum non poſ- olvere vel ligare.

3. Clem. De vita & hone-ſtate Clericorum.

Voniam qui, abjectis veſtibus proprio con- ntibus Ordini, alias aſ- ere, & in publico portare nabili cauſa ceſſante umit, profeſſorum illius nis prærogativa ſe red- ndignum; præſenti con- tione ſancimus, quod mque clericus virgata artita veſte publice ute- niſi cauſa rationabilis) ſi beneficiatus exſtite- per ſex menſes à perce- e fructuum beneficio- quæ obtinet, ſit eo ipſo nſus: ſi vero beneficia- tus non fuerit, in ſacris ta- men Ordinibus citra ſacerdo- tium conſtitutus, per idem tempus reddatur eo ipſo in- habilis ad eccleſiaſticum be- neficium obtinendum.

Idem quoque cenſemus de clericis aliis, veſtem talem, ſimul & tonſuram publice de- ferentibus clericalem. Di- gnitatem vero, perſonatum, ſeu beneficium aliud obti- nens, cui cura immineat ani- marum, nec non ceteri in ſacerdotio conſtituti, ac re- ligioſi quilibet, quos opor- tet per decentiam habitus ex- trinſeci morum intrinſecam honeſtatem oſtendere, ſi (præ- terquam ex cauſa rationa- bili) publice veſtem ferant hujuſmodi, aut infulam ſeu pileum lineum publice por- tent in capite; ſint eo ipſo be- neficiati, videlicet à perce- ptione fructuum beneficio- rum quæ obtinent, ſuſpenſi per annum. Ceteri vero ſa- cerdotes & religioſi quilibet per idem tempus reddantur inhabiles ad quodcumque be- neficium eccleſiaſticum obti- nendum. Sed & tales & ce- teri quicumque clerici uten- tes epitogio ſeu tabardo fo- derato uſque ad oram, & ita brevi, quod veſtis inferior notabiliter videatur; epito- gium ipſum ſæculares clerici & religioſi, adminiſtratio- nem habentes, teneantur in- tra menſem dare pauperibus: ceteri vero religioſi admini- ſtrationem non habentes, in- tra idem tempus illud tenean- tur ſuis ſuperioribus aſſignare

d eſt, paroche. c. *Vt do- is de paroch.* c. *Nuper de exc.* c. *Vices de treug. in v. comm.* & *cap. Inter s de priv. eod. Verum ad pum extendi docent.* c. *Et vis* 16. q. 1. c. *Relatio* 21. q. 1. c. *Licet, de feriis,* & c. *Nul- lus, de paroch. quippe cui totius plebis animæ ſunt commiſſæ.* c. *Quæcumque* 10. q. 1. & c. *Præ- cipimus.* 12. q. 1. *quin & parochi nomine venit in Conc. Vernen. paſſim, Seſſ.* 13. *de reform.* c. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

in pios uſus aliquos convertendum. Alioquin beneficiati ſuſpenſionis, ceteri vero inhabilitatis pœnas prædictas per idem tempus ſe noverint incurriſſe.

Huic inſuper adjicimus ſanctioni, ut clereci, præſertim beneficiati, caligis ſcacatis, rubeis aut viridibus publice non utantur.

Lib. 3. Decretal. De Eccleſiis ædificandis, cap. 3.

a AD audientiam noſtram noveris perveniſſe, quod villa quæ dicitur H. tantum perhibetur ab Eccleſia parochiali diſtare, ut tempore hiemali, cum pluviæ inundant, non poſſint parochiani ſine magna difficultate ipſam adire: unde non valent congruo tempore eccleſiaſticis intereſſe officiis. Quia igitur dicta Eccleſia ita dicitur redditibus abundare, quod, præter illius villæ proventus, miniſter illius convenienter valet ſuſtentationem habere, mandamus, quatenus ſi res ita ſe habet, Eccleſiam ibi ædifices, & in ea ſacerdotem, ſublato appellationis obſtaculo, ad præſentationem rectoris Eccleſiæ majoris cum Canonico fundatoris aſſenſu inſtituas, ad ſuſtentationem ſuam ejuſdem villæ obventiones eccleſiaſticas percepturum; providens tamen ut competens in ea honor pro facultate loci matrici ſervetur: quod quidem fieri poſſe videtur, cum ejuſdem villæ dominus viginti arras terræ frugiferæ velit ad uſus ſacerdotis conferre. Si vero perſona matricis Eccleſiæ virum idoneum præſentare diſtulerit, vel opus illud voluerit
impedire: tu nihilominus
cias idem opus ad perfec
nem deduci, & virum bon
appellationis ceſſante di
gio, inſtituere non omitt

Lib. 1. Clement. De ætat
qualitate & ordine præ
ficiendorum.

b VT ii qui divinis cat
dralibus vel collegia
ſæcularibus vel regulari
Eccleſiis ſunt mancipati c
ciis, vel mancipabuntur
poſterum. ad ſuſcipien
ſacros Ordines propenſius
ducantur; Statuimus, ut r
lus de cetero in hujuſm
Eccleſiis vocem in Capit
habeat (etiam ſi hoc ſibi
aliis libere concedatur,)
ſaltem in ſubdiaconatus
dine fuerit conſtitutus.
vero qui dignitatis, perſo
tus, officia, vel præbend
quibus certi ordines ſunt
nexi, pacifice nunc obti
in eiſdem Eccleſiis, vel o
nuerint in futurum, niſi
ſto impedimento ceſſante)
hujuſmodi ordines ſe pro
veri fecerint intra annu
ex tunc, donec ad eos p
moti fuerint, nullo modo
cem in Capitulo habeant
rumdem; ipſiſque diſtri
tionum, quæ dantur iis
certis horis interſunt,
dimidia ſubtrahatur, non
ſtantibus quibuſlibet con
tudinibus vel ſtatutis. Po
aliis, quæ contra tales pro
veri ad ordines recuſantes
tuuntur in jure, nihilomi
in ſuo robore permanſuris.

In Sexto, lib. 2. tit. De app
tionibus, cap. 3.

c ROmana Eccleſia & in
Cum Suffraganeo
Rhemenſis Eccleſiæ, ſuor

a *Seſſ. 21. de reform. cap. 4.* b *Seſſ. 22. de reform. cap*
c *Seſſ. 22. de reform. cap. 7.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

e officialium (qui genera-
er de cauſis ad ipſorum fo-
n pertinentibus eorum vi-
ſupplendo cognoſcunt)
um & idem conſiſtorium ſi-
auditorium ſit cenſendum:
ipſis officialibus, non ad
tos Suffraganeos (ne ab eiſ-
n ad ſe ipſos interponi ap-
latio videatur) ſed de jure
Rhemenſem eſt curiam ap-
landum. Ab Archidiaco-
vero, aliiſque inferioribus
elatis Suffraganeis ſubje-
, eiſdem & eorum officia-
is, ad Suffraganeos ipſos
et, & non ad eamdem cu-
n (omiſſis dictis Suffra-
eis) appellari; niſi aliud
emenſi Eccleſiæ de con-
tudine competat in hac
te. Cum autem ad præ-
m curiam ab eorumdem
fraganeorum vel ſuorum
cialium audientia fuerit
ellatum, Rhemenſis Ar-
piſcopus (qui pro tempo-
erit) vel officialis ipſius
atenus in appellationis
a interpoſitæ ante defini-
m ſententiam citent par-
, nec etiam aliis illam
mittant, appellationis
dem cauſa probabili ſeu
ima non expreſſa.
vero vocatis partibus, vel
atenus, aut non intra de-
dies poſt interlocutoriam
definitivam ſententiam
llatum fuiſſe, ſeu aliquid
d ſimile, ſicque non eſſe
appellationem ad eum-
Archiepiſcopum vel ejus
ialem devolutum nego-
, proponatur: iidem (ni-
ius ipſis conſtiterit cau-
ipſam ad eos totaliter
delatam) prohibere, ne
uſa illa, vel ne ad exſe-
nem procedatur ſenten-
non præſumant.
od ſi objiciatur ex inju-
auſa, ſeu minus legiti-
ma, ante ſententiam appellationem interpoſitam exſtitiſſe, & ex eo non eſſe appellationem hujuſmodi admittendam: nequeunt prædicti Archiepiſcopus vel ejus officialis prohibere, ne procedatur in cauſa, niſi prius appellatione recepta velut emiſſa ex cauſa probabili, cognoſcere incipiant de cauſa hujuſmodi, an ſit vera. Si autem poſt ſententiam in caſibus à jure prohibitis (utpote à ſententia ſuper manifeſto & notorio crimine, vel de quo quis in jure confeſſus exſtitit, promulgata) vel conſimilibus appellatum fuiſſe dicatur; poſſunt, ne ſententia exſecutioni mandetur (poſtquam cognoſcere cœperint, utrum ſit recipienda, vel non appellatio ab eo interpoſita) inhibere. In alium quoque qui circa rem, de qua inter appellantem & appellatum controverſia vertitur, aliquid poſt eorum inhibitionem attentat: non valent occaſione hujuſmodi juriſdictionem aliquam vendicare. Cum vero is qui ad Rhemenſem curiam ſuper aliqua cauſa vocem appellationis emittit, nihilominus in cauſis aliis Ordinarii ſui juriſdictioni ſubjiciatur: Rhemenſis Archiepiſcopus vel officialis ipſius nequaquam juriſdictionem ipſam in aliis impediant, ut ab ejuſdem Ordinarii poteſtate totaliter eximant taliter appellantem. Debet autem ad eos ab Epiſcopis præfatæ provinciæ ſuper cauſis, in quibus temporalem juriſdictionem exercent, niſi forte de conſuetudine aut privilegio, ſive jure alio ſpeciali ſit appellandum ad alium, appellari. Sententias quoque interdicti vel ſuſpenſionis ſeu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

excommunicationis in appellantem ab eo, à quo appellarunt proponitur, promulgatas, nullatenus, niſi vocatis partibus, & de appellatione legitime cognito, revocent aut denuntient eſſe nullas. Cum autem ad Rhemenſem Archiepiſcopum ab audientia Suffraganei ſui ſuper aliqua cauſa fuerit ante ſententiam appellatum: idem Archiepiſcopus (poſtquam de appellatione cognita conſtiterit eam minus rationabilem exſtitiſſe) cauſam ad eumdem Suffraganeum remittere non poſtponat.

Bonifacius VIII. *In Sexto, lib.* 3. *tit* 2. *de clericis conjugatis, cap. unic.*

a CLerici qui cum unicis & virginibus contraxerunt, ſi tonſuram & veſtes deferant clericales, privilegium retineant b Canonis ab Innocentio ſecundo prædeceſſore noſtro editi in favorem totius ordinis clericalis. Et cum juxta c Pariſienſe Concilium nullus clericus diſtringi debeat, aut condemnari à judice ſæculari; præſenti declaramus edicto, hujuſmodi clericos conjugatos pro commiſſis ab eis exceſſibus vel delictis trahi non poſſe criminaliter aut civiliter ad judicium ſæculare: nec ab ipſis ſæcularibus judicibus eos debere perſonaliter vel etiam pecunialiter (ne per unam viam concedatur eiſdem judicibus, quod per aliam denegatur) ullatenus condemnari. In ceteris autem, vel niſi, ut præmittitur, tonſuram vel veſtem deferant clericales, etiam in præmiſſis eos gaudere nolumus privilegio clericali.

Gregorius X. *in Generali Con*[...]
lio Lugdunenſi. In 6. *lib.* [...]
tit. 20. *De cenſibus & e*[...]
actionibus, cap. 2.

d EXigit perverſorum a
dacia, ut non ſimus ſo
delictorum prohibitione co
tenti, ſed etiam pœnam deli
quentibus imponamus. Co
ſtitutionem itaque felicis r
cordationis Innocentii Pap
Quarti, prædeceſſoris noſt
editam ſuper non recipiend
in pecunia procurationibu
ac ſuper receptionem mun
rum viſitantibus, eorumq
familiaribus interdicta, qua
multorum fertur temerit
præterire, volentes inviol
biliter obſervari, eam dece
nimus pœnæ adjectione j
vandam: Statuentes, ut un
verſi & ſinguli, qui ob pr
curationem ſibi ratione v
ſitationis debitam exigere p
cuniam, vel etiam à volen
recipere, vel alias conſtit
tionem ipſam recipiendo m
nera, ſive viſitationis offic
non impenſo, procuratione
in victualibus, aut aliquid
liud procurationis occaſion
violare præſumpſerint, dup
ejus quod receperint Eccl
ſiæ à qua id receptum fuer
intra menſem reddere tenea
tur. Alioquin ex tunc Patria
chæ, Archiepiſcopi, Epiſc
pi, duplum ipſum ultra pr
dictum tempus reſtituere di
ferentes, ingreſſum ſibi Eccl
ſiæ ſentiant interdictum. I
feriores vero ab officio & b
neficio noverint ſe ſuſpenſ
quouſque de duplo hujuſmo
gravatis Eccleſiis plenaria
ſatisfactionem impendant
nulla eis in hoc dantium r
miſſione, liberalitate, ſeu gr
tia valitura.

a *Seſſ.* 23. *de reform. cap.* 6.
b *Si quis ſuadente.* 17. *q.* 4.
c c. *Nullus de Foro comp. in*[...]
d *Seſſ.* 24. *de reform. cap.* 3.

c Concilio Lateran. ſub Innocent. III. c. 8. & lib. 5. Decretal. tit. 1. De accuſationibus & inquiſitionibus, c. 24.

QValiter & quando debeat Prælatus procedere
inquirendum & punien-
m ſubditorum exceſſus, ea
ctoritatibus novi & vete-
Teſtamenti colligitur evi-
nter, ex quibus poſtea pro-
ſſerunt canonicæ ſanctio-
s, ſicut olim aperte diſtin-
mus, & nunc ſacri appro-
tione Concilii confirma-
is. Legitur enim in Euan-
lio, quod villicus ille qui
famatus erat apud domi-
m ſuum quaſi diſſipaſſet bo-
ipſius, audivit ab illo;
Quid hoc audio de te? redde
ionem villicationis tuæ:
n enim non poteris villi-
re. Et in Geneſi Dominus
: c Deſcendam, & videbo,
um clamorem, qui venit
me, opere compleverunt.
quibus auctoritatibus ma-
feſte comprobatur, quod
n ſolum cum ſubditus, ve-
metiam cum Prælatus ex-
dit, ſi per clamorem & ſa-
m ad aures Superioris per-
erit, non quidem à male-
is & maledicis, ſed à pro-
lis & honeſtis: nec ſemel
tum, ſed ſæpe (quod cla-
r innuit, & diffamatio
nifeſtat) debet coram Ec-
ſiæ ſenioribus veritatem
igentius perſcrutari; ut ſi
poposcerit qualitas, ca-
nica diſtrictio culpam fe-
t delinquentis, non tam
am ſit auctor & judex, ſed
aſi deferente fama, vel de-
ntiante clamore, officii ſui
itum exſequatur. Licet
em hoc ſit obſervandum
ubditis, diligentius tamen
ervandum eſt in Prælatis, qui quaſi ſignum ſunt poſiti ad ſagittam. Et quia non poſſunt omnibus complacere, cum ex officio teneantur non ſolum arguere, ſed etiam increpare; quin etiam interdum ſuſpendere, nonnumquam vero ligare, frequenter odium multorum incurrunt, & inſidias patiuntur: Ideo ſancti Patres provide ſtatuerunt, ut accuſatio Prælatorum non facile admittatur; ne concuſſis columnis, corruat ædificium; niſi diligens adhibeatur cautela, per quam non ſolum falſæ, ſed etiam malignæ criminationi janua præcludatur. Verum ita voluerunt providere Prælatis, ne criminarentur injuſte, ut tamen caverent, ne delinquerent inſolenter, contra morbum utrumque invenientes congruam medicinam, videlicet ut criminalis accuſatio, quæ ad diminutionem capitis (id eſt, degradationem) intenditur, niſi legitima præcedat inſcriptio, nullatenus admittatur. Sed cum ſuper exceſſibus ſuis quiſquam fuerit infamatus, ita ut jam clamor adſcendat, qui diutius ſine ſcandalo diſſimulari non poſſit, vel ſine periculo tolerari, abſque dubitationis ſcrupulo, ad inquirendum & puniendum ejus exceſſus, non ex odii fomite, ſed charitatis procedatur affectu; quatenus ſi fuerit gravis exceſſus, etſi non degradetur ab ordine, ab adminiſtratione tamen amoveatur omnino: quod eſt, ſecundum evangelicam ſententiam, à villicatione villicum amoveri, qui non poteſt villicationis ſuæ dignam reddere rationem. Debet igitur eſſe præſens is contra quem facienda eſt inquiſitio, niſi ſe per contu-

Seſſ. 14. de ref. c. 5. b *Lucæ 16.* c *Gen. 18.* d *Thren. 3.*

contumaciam abſentaverit: & exponenda ſunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendendi ſeipſum. Et non ſolum dicta, ſed etiam nomina ipſa teſtium ſunt ei, ut quid, & à quo ſit dictum appareat, publicanda; nec non exceptiones & replicationes legitimæ admittendæ, ne per ſuppreſſionem nominum infamandi, per exceptionum vero excluſionem, deponendi falſum, audacia præbeatur. Ad corrigendos itaque ſubditorum exceſſus, tanto diligentius debet Prælatus aſſurgere, quanto damnabilius eorum offenſas deſereret incorrectas: contra quos, ut de notoriis exceſſibus taceatur, etſi tribus modis poſſit procedi, per accuſationem videlicet, denuntiationem, & inquiſitionem eorum, ut tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, ne forte per leve compendium ad grave diſpendium veniatur: ſicut accuſationem legitima præcedere debet inſcriptio, ſic & denuntiationem charitativa admonitio, & inquiſitionem clamoſa inſinuatio prævenire; illo ſemper adhibito moderamine, ut juxta formam judicii, ſententiæ quoque forma dictetur. Hunc tamen ordinem circa regulares perſonas non credimus uſquequaque ſervandum, quæ, cum cauſa requirit, facilius & liberius à ſuis poſſunt administrationibus amoveri.

Lib. 6. Decretal. tit. 33. De privilegiis & exceſſ. priv. cap. 16.

a CVm capella ducis Burgundiæ gaudere dicatur hujuſmodi privilegio, quod nullus Archiepiſcopus [...] Epiſcopus in perſonas Ca[...] nicorum ejuſdem capellæ [...] penſionis, vel excommuni[...] tionis, aut interdicti, ſent[...] tias audeat promulgare: q[...] dam capellæ ſupradictæ [...] nonici, qui parochiales [...] cleſias à te tenent, occaſi[...] privilegii prælibati, in his [...] iam quarum juriſdictio a[...] pertinet, ita ſe dicunt exe[...] ptos, ut quantumcumque g[...] viter interdum excedant, t[...] correctioni recuſent & ſ[...] tentiæ ſubjacere. Quoci[...] mandamus, quatenus in qu[...] tum exempti ſunt, ejuſd[...] ratione capellæ Apoſtoli[...] privilegiis deferas rever[...] ter, ſed in quantum ratio[...] parochialium Eccleſiaru[...] vel alias, juriſdictionem tu[...] reſpicere dignoſcuntur, o[...] cii tui debitum in eoſdem [...] bere proſequaris.

In Sexto, lib. 3. tit. De cleri[...] non reſidentibus, cap. un.

b COnſuetudinem, quæ [...] quibuſdam partibus [...] olevit, qua canonici & [...] beneficiati ſeu clerici cat[...] dralium, & aliarum colleg[...] tarum Eccclesiarum, diſtri[...] tiones quotidianas (quæ al[...] manualia beneficia ſeu [...] ctualia nuncupantur, & ta[...] tum reſidentibus tribuunt[...] qualitercumque in civita[...] bus ſeu aliis locis (in qui[...] ipſæ conſiſtunt Eccleſiæ) [...] præſentes, licet divinis of[...] ciis non interſint, ex integ[...] percipiunt, ac ſi continue [...] ipſis Eccleſiis, in eiſdem of[...] ciis deſervirent, penitus i[...] probantes: Statuimus, ut d[...] tributiones ipſæ quotidian[...] in quibuſcumque rebus con[...] ſtant, canonicis ac aliis be[...] ficiat[...]

a *Seſſ. 24. de reform. c. 11.*

b *Seſſ. 24. de reform. c. 12.*

iatis, & clericis Eccleſia-
m ipſarum, qui eiſdem offi-
s in ipſis Eccleſiis adfue-
ıt, tribuantur juxta Eccle-
cujuſlibet ordinationem
ionabilem jam factam, ſeu
am faciendam: qui vero
ter de diſtributionibus ipſis
idquam receperit (exceptis
is quos infirmitas, ſeu juſta
rationabilis corporalis ne-
ſſitas, aut evidens Eccle-
utilitas excuſaret) rerum
receptarum dominium
n acquirat, nec faciat eas
as; imo ad omnium re-
tutionem, quæ contra hu-
ſmodi conſtitutionem no-
am receperit, teneatur.
diſtributionibus etiam pro
functorum anniverſariis
rgiendis idem decernimus
ſervandum.

In Sexto, lib. 3. tit. 16. De ſtatu regularium, cap. un.

PEriculoſo & deteſtabili quarumdam monialium
atui (quæ honeſtatis laxatis
abenis, & monachali mo-
ſtia, ſexuſque verecundia,
npudenter abjectis, extra
ia monaſteria nonnumquam
r habitacula ſæcularium
erſonarum diſcurrunt, &
equenter intra eadem mo-
aſteria perſonas ſuſpectas
dmittunt, in illius, cui ſuam
ntegritatem voluntate ſpon-
nea devoverunt, gravem
ffenſam, religionis oppro-
rium & ſcandalum pluri-
orum) providere ſalubri-
r cupientes, præſenti con-
itutione perpetuo irrefra-
abiliter valitura, ſancimus,
niverſas & ſingulas monia-
es præſentes atque futuras,
ujuſcumque Religionis ſint
el Ordinis, in quibuſlibet
nundi partibus exſiſtentes, ſub perpetua in ſuis monaſteriis debere de cetero permanere clauſura: ita quod nulli earum religionem tacite vel expreſſe profeſſæ, ſit vel eſſe valeat quacumque ratione vel cauſa (niſi forte tanto & tali morbo evidenter earum aliquam laborare conſtaret, quod non poſſet cum aliis abſque gravi periculo ſeu ſcandalo commorari) monaſteria ipſa deinceps egrediendi facultas: nullique aliquatenus inhoneſtæ perſonæ, nec etiam honeſtæ (niſi rationabilis & manifeſta cauſa exſiſtat, ac de illius, ad quem pertinuerit, ſpeciali licentia) ingreſſus vel acceſſus pateat ad eaſdem: ut ſic à publicis & mundanis conſpectibus ſeparatæ, omnino ſervire Deo valeant liberius, & (laſciviendi opportunitate ſublata) eidem corda ſua & corpora in omni ſanctimonia diligentius cuſtodire. Sane ut hoc ſalutare ſtatutum commodius valeat obſervari, diſtrictius inhibemus, ne in monaſteriis Ordinum non mendicantium, aliquæ recipiantur de cetero in ſorores, niſi quot poterunt de ipſorum monaſteriorum bonis ſive proventibus abſque penuria ſuſtentari: ſi ſecus actum fuerit, irritum decernentes.

Verum quando Abbatiſſa vel Prioriſſa cujuſvis monaſterii, pro feudo quod monaſterium ipſum tenet ab aliquo Principe ſeu domino temporali, ſibi debebit homagium vel fidelitatis ſacramentum præſtare (niſi quod per procuratorem illud præſtet, poſſit efficere apud eum) de monaſterio cum honeſta & decenti ſocietate exire poterit eo caſu licenter, homagio facto,

a Seſſ. 25. de regul. & monial. cap. 5.

facto, quamprimum commode poterit, ſeu fidelitatis præſtito ſacramento, ad ipſum monaſterium è veſtigio reverſura: ſic quod in fraudem reſidentiæ ſive moræ clauſtralis nihil fiat omnino.

Porro ne moniales cauſam ſeu occaſionem habeant evagandi, Principes ſæculares ac alios dominos temporales rogamus, requirimus, & obſecramus per viſcera miſericordiæ Jeſu Chriſti, eiſdem in remiſſionem peccaminum nihilominus ſuadentes, quod Abbatiſſas ipſas, & Prioriſſas, ac moniales quaſcumque, monaſteriorum ſuorum curam, adminiſtrationem negotiave gerentes, quibuſcumque nominibus cenſeantur, per procuratores in ſuis tribunalibus ſeu curiis litigare permittant: ne pro conſtituendis procuratoribus (qui adornati in aliquibus partibus, nuncupantur) ſeu aliis ejuſmodi eaſdem oporteat evagari. Si qui vero contra præſumpſerint, exhortationi hujuſmodi rationabili atque ſanctæ obtemperare nolentes, cum ſit juri contrarium, quod mulieres (præſertim Religioſæ) per ſeipſas litigare cogantur, & à via deviet honeſtatis, & periculum animarum inducat, ad hoc per ſuos Ordinarios eccleſiaſticos cenſura eccleſiaſtica compellantur. Epiſcopis autem & aliis Prælatis ſuperioribus & inferioribus quibuſcumque injungimus, quod & ipſis cauſas ſeu negotia, quæ præfatæ moniales habebunt agere, coram ipſis, aut in curiis eorumdem, ſive ſint homagia, fidelita-

tis ſacramenta, lites
quidquid aliud, ipſa per
curatores earum fieri fac
& tractari.

Et quoniam parum
condere jura, niſi eſſent
ea exſecutioni debite der
darent, Patriarchis, Pri
tibus, Archiepiſcopis &
ſcopis univerſis diſtrict
virtute ſanctæ obedien
ſub obteſtatione divini j
cii, & interminatione m
dictionis æternæ præcip
do mandamus, quatenus
rum quilibet in civitat
diœceſi propria in mon
riis monialium ſibi ord
rio jure ſubjectis, ſua ;
iis vero quæ ad Roman
immediate ſpectant Ec
ſiam, Sedis Apoſtolicæ
ctoritate; Abbates vero
alii tam exempti quam
exempti Prælati, eccle
rum, monaſteriorum, &
dinum quorumcumque,
monaſteriis hujuſmodi
ſubjectis de clauſura con
nienti, ubi non eſt, ipſor
monaſteriorum expenſis
fidelium eleëmoſynis, q
ad hoc procurent dilig
tius facienda, & de ipſis n
nialibus includendis, qua
primum commode poter
providere, procurent: ſi
vinæ ac noſtræ indignat
nis voluerint acrimoni
evitare: contradictores
que rebelles per cenſura
eccleſiaſticam appellatio
poſtpoſita compeſcendo: i
vocato ad hoc (ſi opus fu
rit) auxilio brachii ſæcu
ris. Per hoc autem in m
naſteriis exemptis Ordina
locorum, quod alia, nulla
ſibi credant juriſdictione
vel poteſtatem aliquaten
attributam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

Innocentio 3. in Concilio
eranenſi cap. 12. & lib. 3.
Decretal. tit. 35. de ſtat.
monachorum, cap. 7.

N ſingulis regnis ſive pro-
inciis fiat de triennio in
nium, ſalvo jure diœ-
norum Pontificum, com-
e Capitulum Abbatum
e Priorum, Abbates pro-
s non habentium, qui
conſueverunt tale Capi-
n celebrare: ad quod
erſi conveniant, præpe-
nem canonicam non ha-
es, apud unum de mona-
s ad hoc aptum; hoc ad-
o moderamine, & nul-
orum plus quam ſex evi-
ies, & octo perſonas ad-
t. Advocent autem cha-
ve in hujus novitatis
ordiis duos Ciſtertienſis
nis Abbates vicinos, ad
andum ſibi conſilium &
num opportunum, cum
in hujuſmodi Capitulis
randis ex longa conſue-
e plenius informati.
abſque contradictione
ſibi de ipſis aſſocient,
viderint expedire. Ac
uatuor præſint Capitu-
iverſo, ita quod ex hoc
s eorum auctoritatem
tionis aſſumat: unde,
expedierit, provida poſ-
deliberatione mutari.
imodi vero Capitulum
od certis diebus conti-
xta morem Ciſtertienſis
is celebretur, in quo
ns habeatur tractatus de
natione Ordinis, & ob-
tia regulari: & quod
um fuerit, illis qua-
pprobantibus, ab omni-
violabiliter obſervetur,
excuſatione & contra-
ne ac appellatione re-
, proviſo nihilominus
ubi ſequenti termino debeat Capitulum celebrari: & qui convenerint, vitam ducant communem, & faciant proportionabiliter ſimul omnes communes expenſas: ita quod ſi non omnes potuerint in eiſdem, ſaltem plures ſimul in diverſis domibus commorentur. Ordinentur etiam in eodem Capitulo religioſæ ac circumſpectæ perſonæ, quæ ſingulas abbatias ejuſdem regni ſive provinciæ, non ſolum monachorum, ſed etiam monialium, ſecundum formam ſibi præfixam, vice noſtra ſtudeant viſitare, corrigentes & reformantes, quæ correctionis & reformationis officio viderint indigere; ita quod ſi rectorem loci cognoverint ab adminiſtratione penitus amovendum, denuntient Epiſcopo proprio, ut illum amovere procuret: quod ſi non fecerit, ipſi viſitatores hoc referant ad Apoſtolicæ Sedis examen. Hoc ipſum regulares canonicos ſecundum ordinem ſuum volumus & præcipimus obſervare. Si vero in hac novitate quidquam difficultatis emerſerit, quod per prædictas perſonas nequeat expediri, ad Apoſtolicæ Sedis judicium abſque ſcandalo referatur: ceteris irrefragabiliter obſervatis, quæ concordi fuerint deliberatione proviſa.

Porro diœceſani Epiſcopi monaſteria ſibi ſubjecta ita ſtudeant reformare, ut cum ad ea prædicti viſitatores acceſſerint, plus in illis inveniant, quod commendatione, quam quod correctione ſit dignum: attentiſſime præcaventes, ne per eos dicta monaſteria indebitis oneri-

a *Seſſ. 25. de regul. & monial. cap. 8.*

 bus

bus aggraventur. Quia ſic volumus ſuperiorum jura ſervari, ut inferiorum nolimus injurias ſuſtinere. Ad hoc diſtricte præcipimus tam diœceſanis Epiſcopis, quam perſonis, quæ præerunt Capitulis, celebrandis, ut per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione remota, compeſcant advocatos, patronos, vicedominos, rectores & conſules, magnates & milites, ſeu quoſlibet alios, ne monaſteria præſumant offendere in perſonis ac rebus. Et ſi forſitan offenderint, eos ad ſatisfactionem compellere non omittant, ut liberius & quietius omnipotenti Deo valeant famulari.

In Sexto, lib. 1. tit. 3. De reſcriptis, c. 11.

a Statutum quod circa judices à Sede Apoſtolica deputandos nuper edidim[...] cum quædam contenta i[...] quæ pro communi util[...] credebantur inducta ([...] experientia docuit) ten[...] dignoſcantur ad noxam, [...] ctione præſenti, quam [...] fragabiliter obſervari [...] damus, ſuadente utilitat[...] melius duximus reform[...] dum. Sancimus igitur, [...] nullis, niſi dignitate præd[...] aut perſonarum obtinenti[...] ſeu Eccleſiarum cathe[...] lium canonicis, cauſæ au[...] ritate litterarum Sedis A[...] ſtolicæ, vel legatorum e[...] de cetero committantur: [...] audiantur alibi quam in c[...] tatibus vel locis inſignib[...] ubi poſſint commode c[...] peritorum haberi.

a *Seſſ. 25. de reformat. cap. 10.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

BVLLA S.D.N. D. PII
INA PROVIDENTIA PAPÆ IV.

Super forma juramenti profeſſionis fidei.

VS EPISCOPVS,
ERVVS SERVORVM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

junctum nobis Apoſtolicæ ſervitutis officium requirit,
ea quæ Dominus omnipotens, ad providam Eccleſiæ
æ directionem, ſanctis Patribus in nomine ſuo congre-
divinitus inſpirare dignatus eſt, ad ejus laudem & glo-
ncunctanter exſequi properemus. Cum itaque juxta
lii Tridentini diſpoſitionem omnes, quos deinceps ca-
libus & ſuperioribus Eccleſiis præfici, vel quibus de illa-
gnitatibus, canonicatibus, & aliis quibuſcumque bene-
Eccleſiaſticis, curam animarum habentibus provideri
get, publicam orthodoxæ fidei profeſſionem facere, ſe-
Romanæ Eccleſiæ obedientia permanſuros ſpondere,
re, teneantur: Nos volentes, etiam per quoſcumque,
de monaſteriis, conventibus, domibus, & aliis qui-
nque locis, Regularium quorumcumque Ordinum,
Militiarum, quocumque nomine vel titulo providebi-
dem ſervari, & ad hoc, ut unius ejuſdem fidei profeſſio
miter ab omnibus exhibeatur, unicaque & certa illius
cunctis innoteſcat, noſtræ ſollicitudinis partes, in hoc
minime deſiderari; formam ipſam, præſentibus anno-
publicari, & ubique gentium per eos, ad quos ex de-
pſius Concilii & alios prædictos ſpectat, recipi & ob-
i, ac ſub pœnis per Concilium ipſum in contravenientes
juxta hanc & non aliam formam, profeſſionem præ-
ſolemniter fieri, auctoritate Apoſtolica tenore præſen-
iſtricte præcipiendo mandamus, hujuſmodi ſub tenore.
O N. firma fide credo & profiteor omnia & ſingula,
ontinentur in Symbolo fidei, quo ſancta Romana Ec-
titur, videlicet: Credo in unum Deum Patrem omni-
em, factorem cæli & terræ, viſibilium omnium, & in-
um: & in unum Dominum Ieſum Chriſtum, Filium Dei
itum, & ex Patre natum ante omnia ſæcula; Deum de
men de lumine; Deum verum de Deo vero; genitum,
ctum, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta
qui propter nos homines, & propter noſtram ſalutem
dit de cælis, & incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Ma-
gine, & homo factus eſt; crucifixus etiam pro nobis
ntio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt; & reſurrexit tertia
undum Scripturas; & aſcendit in cælum, ſedet ad dex-
Patris; & iterum venturus eſt cum gloria judicare vi-
vos

ui præterea ad fidei pro-
em teneantur, declarat
Pii IV. in ſacroſancta, 1564.

b *Cap. Ego N. de jurejurando.*

vos, & mortuos; cujus regni non erit finis; & in Spir
ſanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre Fil
procedit; qui cum Patre & Filio ſimul adoratur, & co
rificatur, qui locutus eſt per Prophetas; & unam ſanctar
tholicam, & Apoſtolicam Eccleſiam. Confiteor unum B
ſma in remiſſionem peccatorum, & exſpecto reſurrecti
mortuorum, & vitam venturi ſæculi. Amen. Apoſtoli
eccleſiaſticas traditiones, reliquaſque ejuſdem Eccleſiæ o
vationes & conſtitutiones firmiſſime admitto, & ample
Item ſacram Scripturam juxta eum ſenſum quem tenuit
net ſancta mater Eccleſia, cujus eſt judicare de vero ſenſ
interpretatione ſacrarum Scripturarum, admitto; nec
umquam niſi juxta unanimem conſenſum Patrum accip
& interpretabor. Profiteor quoque ſeptem eſſe vere & pr
Sacramenta novæ legis à Ieſu Chriſto, Domino noſtro,
tuta, atque ad ſalutem humani generis, licet non omni
gulis neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum, Confirmationem,
chariſtiam, Pœnitentiam, Extremam Vnctionem, Ordine
Matrimonium; illaque gratiam conferre, & ex his B
ſmum, Confirmationem, & Ordinem, ſine ſacrilegio reit
non poſſe. Receptos quoque & approbatos Eccleſiæ Ca
licæ ritus, in ſupradictorum omnium Sacramentorum
lemni adminiſtratione recipio, & admitto: Omnia & ſing
quæ de peccato originali, & de juſtificatione in ſacroſa
Tridentina Synodo definita & declarata fuerunt, amplect
recipio: Profiteor pariter in Miſſa offerri Deo verum,
prium & propitiatorium ſacrificium pro vivis, & defunc
atque in ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento eſſe vere, r
ter & ſubſtantialiter corpus & ſanguinem, una cum anim
divinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, fierique converſio
totius ſubſtantiæ panis in corpus, & totius ſubſtantiæ
in ſanguinem; quam converſionem Catholica Ecc
tranſſubſtantiationem appellat. Fateor etiam ſub altera
tum ſpecie, totum atque integrum Chriſtum, verumqu
cramentum ſumi. Conſtanter teneo Purgatorium eſſe,
maſque ibi detentas fidelium ſuffragiis juvari: Similit
Sanctos una cum Chriſto regnantes, venerandos atque i
candos eſſe, eoſque orationes Deo pro nobis offerre, a
eorum reliquias eſſe venerandas. Firmiſſime aſſero, im
nes Chriſti, ac Deiparæ ſemper virginis, necnon alio
Sanctorum, habendas & retinendas eſſe, atque eis debi
honorem ac venerationem impertiendam: Indulgentia
etiam poteſtatem à Chriſto in Eccleſia relictam fuiſſe;
rumque uſum Chriſtiano populo maxime ſalutarem
affirmo: Sanctam Catholicam, & Apoſtolicam Roma
Eccleſiam, omnium Eccleſiarum matrem & magiſtram
noſco; Romanoque Pontifici, beati Petri, Apoſtolo
principis, ſucceſſori, ac Ieſu Chriſti Vicario veram obed
tiam ſpondeo, ac juro: Cetera item omnia à ſacris Can
bus, & œcumenicis Conciliis, ac præcipue à ſacroſa
Tridentina Synodo tradita, definita & declarata, ind
tanter recipio atque profiteor; ſimulque contraria om
atque hæreſes, quaſcumque ab Eccleſia damnatas,

& anathematizatas, ego pariter damno, rejicio &
matizo: Hanc veram Catholicam fidem, extra quam
ſalvus eſſe poteſt, quam in præſenti ſponte profiteor,
citer teneo, eamdem integram & inviolatam, uſque
remum vitæ ſpiritum conſtantiſſime (Deo adjuvante)
re & confiteri, atque à meis ſubditis, vel illis quorum
d me in munere meo ſpectabit, teneri, doceri, & præ-
, quantum in me erit, curaturum, ego idem N. ſpon-
voveo, ac juro: Sic me Deus adjuvet & hæc ſancta
angelia. Volumus autem quod præſentes litteræ in
laria noſtra Apoſtolica de more legantur. Et ut omni-
ilius pateant, in ejus Quinterno deſcribantur, ac etiam
mantur.
ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ
taris & mandati infringere, vel ei auſu temerario con-
Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indigna-
n omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli, Apo-
um ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud
m Petrum, anno incarnationis Dominicæ milleſimo
enteſimo ſexageſimo quarto, Idibus Novemb. Ponti-
s noſtri anno quinto.

Fed. Cardinalis Caſius.

Ca. Glorierius.

tæ & publicatæ fuerunt ſupraſcriptæ litteræ Romæ, in
llaria Apoſtolica, anno incarnationis Dominicæ mil-
quingenteſimo ſexageſimo quarto, die vero Sabba-
na menſis Decembris, Pontificatus Sanctiſſimi in Chri-
tris, & Domini noſtri, Domini Pii Papæ quarti, an-
arto.

A. Lemelinus cuſtos.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

BVLLA S. D. N. D. PII
DIVINA PROVIDENTIA PAPA
Super declaratione temporis ad obſervanda dec
ſacri œcumenici & generalis Concilii Tridentini.

PIVS EPISCOP
SERVVS SERVORVM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

SIcut ad ſacrorum Conciliorum decreta ac Canone
ctoritas atque confirmatio Apoſtolicæ Sedis & d
ſolet accedere ; ita ſi qua ſuper eis exorta ſit dubi
ejuſdem Sedis judicio & declaratione tollenda eſt. Ad
noſtras pervenit, multos eſſe qui dubitent, ex quo te
cœperint decreta ſacri generalis Concilii Tridentini,
formationem & jus poſitivum dumtaxat ſpectantia, e
quos pertinent, obligare, illa præſertim, quæ tempor
præſtituunt ad provinciales diœceſanaſque Synodos cel
das, ad ſacros Ordines ſuſcipiendos, ad religionem pr
dam, ad parochiales Eccleſias, aliaque beneficia eccleſi
quæ ejuſdem Concilii decretis retineri prohibitum ſit
gnanda, & ad complures res hujuſmodi exſequendas ; a
omnes ad prædictam reformationem juſque poſitivum
tum ſpectantes, quæ obſervari aut evitari debeant. N
que, ut omnis controverſia dubitatioque tollatur. Mot
prio eam rem, prout rationi, juri & æquitati conveni
ſuimus, duximus declarandam. Nam etſi ipſius Conci
creta etiam de venerabilium fratrum noſtrorum Sancti
manæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio & aſſenſu in Conſi
noſtro ſecreto confirmata à nobis fuerunt ſub finem men
nuarii, & ab eo etiam tempore apud hanc ſanctam Sede
ſervari cœperunt : quia tamen non parum temporis in e
mæ diligenter emendateque imprimendis neceſſario co
ptum fuit, & jure etiam communi ſancitum eſt, ut Co
tiones novæ vim non niſi poſt certum tempus obtinea
quum nobis & juſtū viſum eſt, prædicta decreta omnia
ctam reformationem juſque poſitivum dumtaxat ſpecta
Kalendis Maji proxime præteriti omnes obligare cœpiſ
que poſt eam diem excuſationem cujuſquam, quod ea ig
verit, admittendam. atque ita Apoſtolica auctoritate
ramus ac definimus, & ab omnibus judicari debere man
atque ſtatuimus. Decernentes irritum & inane, ſi quid ſ
quoquam quacumque dignitate, auctoritate & poteſtat
dito contigerit judicari. Non obſtantibus conſtitutioni
ordinationibus Apoſtolicis, aliiſque in contrarium facie
quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, ha
ginam noſtræ declarationis, definitionis, mandati, ſta
decreti, infringere, vel ei auſu temerario contraire. S
autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem om
tentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum e

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

rit incurſurum. Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, ncarnationis Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexa- o quarto, quintodecimo Kalendarum Auguſti, Ponti- s noſtri anno quinto.

Fed. Card. Cæſius.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium.

no à Nativitate Domini milleſimo quingenteſimo ſexa- o quarto, Indictione ſeptima, die vero vigeſimo menſis Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini PII, divina providentia Papæ Quarti, anno o, retroſcriptæ litteræ affixæ, lectæ, & publicatæ fue- n valvis Baſilicarum Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Ioannis Lateranen. necnon Cancellariæ Apoſtolicæ, & e Campi Floræ, per nos Iacobum Carra, & Iulium Pa- a, prælibati S. D. N. Papæ Curſores.

Antonius Clerici, Magiſter Curſorum.

OTVS PROPRIVS S. D. N. D. PII, DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ IV.

uem deputantur octo Cardinales, qui faciant obſervari re- nationes ab ipſo editas, nec non decreta ſacri œcumenici, generalis Concilii Tridentini.

PIVS PAPA IV.

Otu proprio, &c. Alias nos nonnullas conſtitutiones, & Ordinationes, reformationem majoris Pœnitentiarii, ac ſacræ Pœnitentiariæ noſtræ, ac Vicarii noſtri, ac fficii, nec non Camerarii & Cameræ Apoſtolicæ ac il- auſarum Auditoris, necnon palatii Apoſtolici cauſarum orum, ac Gubernatoris, & Capitolinæ curiarum, & radictarum, aliorumque almæ Vrbis noſtræ, ac Roma- riæ tribunalium, & officiorum concernentes, edidimus: amen (ut intelleximus) ab eorumdem officiorum, & alium præfectis, ac officialibus minus diligenter obſer- r. Cum autem enixæ noſtræ voluntatis ſit, ut illa, & er decreta ſacri Concilii Tridentini; in his, quæ ad eo- fficia ſpectant, ab eiſdem omnino obſerventur: Nos pro- a conſiderantes, parum eſſe, jura condere, niſi ſint, qui ecutioni demandari faciant, & in præmiſſis, prout ex de- aſtoralis officii nobis (meritis licet imparibus) injuncti amur, ſalubriter & utiliter providere, præfataſque con- ones, & ordinationes, ac decreta Concilii, quas, & quæ aberi volumus pro expreſſis, inviolabiliter obſervari volen-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

volentes: Venerabili fratri noſtro Ioanni Epiſcopo Tuſcu
Morono, Io. Michaëli Sanctæ Anaſtaſiæ Saraceno, ac
Baptiſtæ S. Clementis Cicadæ, nec non Michaëli S. Sab
Alexandrino, Clementi S. Mariæ in Ara cæli, & Ludo
S. Cyriaci in Thermis Simonettæ, ac Carolo & Martin
Montibus Borromæo Presbyteris, nec non Vitellotio S.
riæ in porticu Vitellio nuncupatis, titulorum, diaco
a Cardinalibus committimus, & mandamus: quatenus
b ſeu eorum major pars, conjunctim, vel diviſim, eorum
bitrio, etiam tamquam executores dictarum litterarum,
ſtitutionum, & decretorum prædictorum conſtitutiones
ordinationes, ac decreta præfata, juxta tenores eorum
litterarum deſuper confectarum, per quoſcumque Pœni
tiariæ, Vicariæ, & Cameræ, ac Rotæ curiarum, ac trib
lium prædictorum judices & officiales, ſub excommun
tionis latæ ſententiæ ac privationis officiorum, & alii
dem Cardinalibus bene viſis, etiam pecuniarum, eo ipſ
currendis pœnis, firmiter obſervari faciant, & cum effec
niſi, tam in executione dictorum decretorum Concilii, q
dictarum litterarum noſtrarum, aliqua dubietas, aut diffi
tas emerſerit: quo caſu ad nos referant, invocato etian
hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſæcularis, ac eos, qu
teris, & decretis prædictis, & eorumdem Cardinalium n
datis non paruerint, ex tunc, prout ex eadem die, & è
tra, illorum officiis privatos, nec non ad illa, & alia Rom
curiæ officia in poſterum obtinenda inhabiles, ac ipſis ab
dem officiis ſic privatis, illa tamquam per privationem
cantia à Datario noſtro vendi, & à quibuſvis perſonis ido
pro pretio convenienti emi, libere & licite poſſe auctor
noſtra curent, nuncient, decernant ac declarent, prout
harum ſerie nunciamus, decernimus & declaramus.
obſtantibus quibuſvis conſtitutionibus, & ordination
Apoſtolicis, ac Pœnitentiariæ, & curiarum, nec non tr
nalium prædictorum ſtatutis, &c. etiam juramento, &c.
boratis, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtol
illis ac dictis officialibus & tribunalibus ſub quibuſcumqu
noribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis & decr
etiam motu ſimili, &c. & alias quomodocumque con
ſis, &c. Quibus omnibus, &c. illorum tenores, &c. ha
ce latiſſime derogamus, eaque adverſus præmiſſa nullat
ſuffragari volumus: ceteriſque contrariis quibuſcumque

Placet Motu Proprio I.

Datum Romæ apud S. Marcum, quarto Nonas Augu
anno quinto.

a *Sixtus* V. *iſtius Congregationis facultates declaravit in Bulla quæ inc*, Immenſa. 1588 *art.* 7.

b *Confirmatur* *Pii* V. Cum felicis. 1566

VLLA S. D. N. PII PAPÆ IV, REVOCATORIA PRIVILEGIORVM,

mptionum, immunitatum, facultatum, conſervato-
rum, indultorum, confeſſionalium, Maris magni, &
rum quarumcumque ſimilium gratiarum, quibuſcum-
locis & perſonis conceſſarum; in his, in quibus ſtatutis
ecretis ſacri Concilii Tridentini contrariantur.

IVS EPISCOPVS, SERVVS SERVORVM DEI,

ad perpetuam rei memoriam.

N Principis Apoſtolorum Sede, meritis licet imparibus,
divina diſpoſitione conſtituti, nihil neque univerſali Ec-
cleſiæ, curæ & ſolicitudini noſtræ commiſſæ ſalubrius,
ue injuncto nobis Apoſtolicæ ſervitutis officio decentius
are poſſumus, quam quod providentiæ noſtræ miniſte-
ecumenicum Concilium Tridentinum, ſicut noſtris po-
num auſpiciis, ſummaque ſanctorum Patrum concordia,
ei miſericordiam feliciter abſolutum fuit: ita, per uni-
os, qui Chriſtiana pietate cenſentur, ubique ſuſcipiatur,
motis quibuſlibet obſtaculis, ab omnibus æqualiter ob-
tur. Cum itaque in eodem Concilio quamplurima ſa-
a, & ad univerſalem morum reformationem valde utilia,
eta atque ſtatuta, maturo præſentium ipſorum examine
edente, ſint edita, quibus multa atque diverſa privile
exemptiones, immunitates, diſpenſationes, facultates,
ervatoriæ, indulta, &, ut vocant, confeſſionalia, & Ma-
agnum, & aliæ gratiæ, quæ variis, tam cathedralibus,
n Metropolitanis, quam collegiatis eccleſiis, monaſte-
o conventibus, & aliis religioſis, etiam Fratrum mendi-
um domibus, & Ordinibus: necnon ſancti Spiritus in
a, ſancti Ioannis Lateranenſis, ac Incurabilium de Vrbe,
i Antonii Viennen. & ſancti Bernardi Iuren. aliiſque Ho-
libus, Militiis, eorumque Capitulis, & Conventibus, ac
erſitatibus, etiam Studiorum generalium collegiis, tam
aribus, quam eccleſiaſticis, Confraternitatibus, So-
tibus; & tam Principis Apoſtolorum de Vrbe, quam aliis
is, ſanctæ Cruciatæ, aliiſque piis locis, & operibus, nec
Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prælatis, Ab-
us, Abbatiſſis, Prioribus, Præpoſitis, & aliis Eccleſia-
, tam ſæcularibus, quam diverſorum Ordinum & mili-
m regularibus, ac etiam laicis cujuſcumque dignitatis,
tus, ac gradus, & excellentiæ, ac etiam Ducali, Regia,
periali dignitate fulgentibus utriuſque ſexus perſonis
on aliquibus notariis, & etiam de latere Legatis, atque
is, tam perpetuo, quam ad tempus, per plures Romanos
fices prædeceſſores noſtros, ac nos, & Sedem Apoſto-

 licam,

Gregor. XIII. privilegia ... laribus conceſſa à Pio V. | eduxit iterum ad terminos Con-cil. per Bullam, In tanta an 1573.

licam, ejuſque Legatos hactenus etiam Motu proprio, &
certa ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine,
etiam Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Pri
pum contemplatione & intuitu, etiam de fratrum conſil
diverſimode, variiſque temporibus, in genere, vel ſpecie
quavis etiam honeſta cauſa conceſſa, & etiam pluries co
mata & innovata fuerunt, in pleriſque contrariantur. N
quibus inprimis cordi eſt, tam ſancta & Eccleſiæ Dei ſalu
rima decreta ſuos, ut par eſt, effectus ubique conſequi, &
omnibus obedienter obſervari, privilegiorum, exemp
num, immunitatum, facultatum, Conſervatoriarum, Ind
torum, Confeſſionalium, Maris magni, & aliarum gratia
prædictarum, ac quarumcumque Apoſtolicarum, & alia
litterarum deſuper confectarum, proceſſuumque, decretor
& aliorum inde ſecutorum, tenores, ac ſi de verbo ad verb
insererentur, præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & p
inſertis habentes: Motu proprio, & ex certa ſcientia, a
Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, quod eadem omnia &
gula privilegia, exemptiones, immunitates, facultates,
penſationes, Conſervatoriæ, Indulta, Confeſſionalia, M
magnum, & aliæ gratiæ in his omnibus, & ſingulis, in q
bus illa ſtatutis & decretis Concilii hujuſmodi contrariant
ipſo jure revocata, caſſata, & annullata, ac ad ipſius Conc
terminos atque limites reducta ſint, & eſſe cenſeantur,
quidquam adverſus ipſa decreta & ſtatuta, quo minus ubi
& apud omnes obſerventur, in aliquo ſuffragari poſſe, ſed
perinde haberi & reputari debere, ac ſi numquam emanaſſ
auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium declaramus, ac
iam ſtatuimus, & ordinamus. Decernentes nihilominus o
nia & ſingula, quæ vigore privilegiorum, exemptionum,
munitatum, & diſpenſationum, facultatum, Conſervato
rum, Indultorum, Confeſſionalium, & aliarum quarumcu
que gratiarum hujuſmodi, poſt id tempus, quo Concilium
ligare cœpit, facta & geſta quomodolibet fuerunt, & in
ſterum fient, in his, in quibus dicti Concilii decretis adverſ
tur, nulla, invalida, & irrita eſſe & cenſeri, ac nemini, eti
quantumlibet, ut præfertur, qualificato, tam in foro (q
ajunt) fori, quam conſcientiæ, ſuffragari poſſe, & debere.
ita per quoſcumque locorum Ordinarios, alioſque Iudices
Commiſſarios quavis auctoritate fungentes, etiam ſanctæ
manæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, q
vis aliter judicandi facultate, in utroque foro judicari & d
niri debere, ac quidquid ſecus à quoquam, quavis auctor
te, ſcienter, vel ignoranter, attentari contigerit, irritum
inane decernimus. Non obſtantibus præmiſſis ac conſti
tionibus & ordinationibus Apoſtolicis, ceteriſque contra
quibuſcumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
ginam noſtræ declarationis, ſtatuti, ordinationis & dec
infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis aut
hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipote
Dei, ac beatorum Petri & Pauli, Apoſtolorum ejus, ſe no
rit incurſurum.

Datum Romæ, apud ſanctum Petrum, anno incarnatio

Do

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

Dominicæ milleſimo quingenteſimo ſexageſimo quinto; tertio-decimo Kalend. Martii, Pontificatus noſtri anno ſexto.

Ca. Glorierius.

P. Epiſcopus Narnien.

H. Cumyn.

Anno à Nativitate D. milleſimo quinquageſimo ſexageſimo quinto, Indictione ſexta, die vero vigeſima quarta menſis Februarii, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & D. noſtri, Domini PII divina providentia Papæ Quarti, anno ejus ſexto, retroſcriptæ litteræ Apoſtolicæ affixæ & publicatæ fuerunt in Acie Campi Floræ, & valvis Cancellariæ Apoſtolicæ, per nos Nicolaum de Matthæis, & Camillium Cherubinum, S. D. N. Papæ Curſores.

Philibertus Phapuis Magiſter Curſorum.

DE LIBRIS PROHIBITIS REGVLÆ X.

Per Patres à Tridentina Synodo delectos continuatæ, & à PIO P. P. IV. *comprobatæ conſtitutione, quæ incipit,* Dominici, *die* 24 *Martii, anno* 1564.

REGVLA I.

Libri omnes ante annum M. D. XV, aut Summi Pontifices, aut Concilia œcumenica damnarunt a & in hoc indice non ſunt, eodem modo damnati eſſe cenſeantur, ſicut olim damnati fuerunt.

REGVLA II.

Hæreſiarcharum libri, tam eorum, qui poſt prædictum annum hæreſes invenerunt, vel ſuſcitarunt, quam qui hæreticorum capita aut duces ſunt vel fuerunt, quales ſunt Lutherus, Zuinglius, Calvinus, Balthaſar Pacimontanus, Swenchfeldius, & his ſimiles, cujuſcumque nomine, tituli aut argumenti exſiſtant, omnino prohibentur. Aliorum autem hæreticorum libri, qui de religione quidem ex profeſſo tractant, omnino damnantur. Qui vero de religione non tractant, à Theologis Catholicis, juſſu Epiſcoporum & Inquiſitorum examinati & approbati permittuntur. Libri etiam Catholici conſcripti, tam ab aliis qui poſtea in hæreſim lapſi ſunt, quam ab aliis qui poſt lapſum ad Eccleſiæ gremium rediere, approbati à facultate Theologica alicujus Vniverſitatis Catholicæ, vel ab Inquiſitione generali permitti poterunt.

REGVLA III.

Verſiones ſcriptorum etiam Eccleſiaſticorum, quæ hactenus

a *Conſule Indicem librorum prohib. Congregationem pro Indice ſtatuit Sixtus V. in Bulla* Immenſa. 1588. *art.* 6.

ctenus editæ ſunt à damnatis auctoribus, modo nihil contra ſanam doctrinam contineant, permittuntur. Librorum autem veteris Teſtamenti verſiones, viris tantum doctis & piis judicio Epiſcopi concedi poterunt; modo hujuſmodi verſionibus tamquam elucidationibus Vulgatæ editionis, ad intelligendam ſacram Scripturam, non autem tamquam ſano textu utantur. Verſiones vero novi Teſtamenti, ab auctoribus primæ claſſis [a] hujus indicis factæ nemini concedantur; quia utilitatis parum, periculi vero plurimum lectoribus ex earum lectione manare ſolet. Si quæ vero annotationes cum hujuſmodi quæ permittuntur verſionibus, vel cum Vulgata editione circumferuntur, expunctis locis ſuſpectis à facultate Theologica alicujus Univerſitatis Catholicæ, aut Inquiſitione generali, permitti eiſdem poterunt, quibus & verſiones. Quibus conditionibus totum volumen Bibliorum, quod vulgo Biblia Vatabli dicitur, aut partes ejus concedi viris piis & doctis poterunt. Ex Bibliis vero Iſidori Clarii Brixiani prologus & prolegomena præcidantur: ejus vero textum, nemo textum Vulgatæ editionis eſſe exiſtimet.

REGULA IV.

Cum experimento manifeſtum ſit, ſi ſacra Biblia vulgari lingua paſſim ſine diſcrimine permittantur, plus inde, ob hominum temeritatem, detrimenti, quam utilitatis oriri, hac in parte judicio Epiſcopi aut Inquiſitoris ſtetur: ut cum conſi
Parochi, vel Confeſſarii, I
bliorum à Catholicis auct
ribus verſorum lectionem
vulgari lingua eis concede
poſſint, quos intellexeri
ex hujuſmodi lectione, n
damnum, ſed fidei atque pi
tatis augmentum capere po
ſe: quam facultatem in ſcr
ptis habeant. Qui abſque t
li facultate ea legere ſeu h
bere præſumpſerit, niſi pri
Bibliis Ordinario redditis
peccatorum abſolutione
percipere non poſſit. Biblio
polæ vero, qui prædicta
facultatem non habenti Bibli
idiomate vulgari conſcript
vendiderint, vel alio quovi
modo conceſſerint, libro
rum pretium, in uſus pios a
Epiſcopo convertendum, a
mittant, aliiſque pœnis pr
delicti qualitate ejuſdem E
piſcopi arbitrio ſubjaceant;
Regulares vero non niſi fa
cultate à Prælatis ſuis habi
ta, ea legere, aut emere poſſint.

REGULA V.

Libri illi, qui hæreticorum auctorum opera interdum prodeunt, in quibus nulla aut pauca de ſuo apponunt, ſed aliorum dicta colligunt, cujuſmodi ſunt Lexica, Concordantiæ, Apophthegmata, Similitudines, Indices, & hujuſmodi, ſi quæ habeant admiſta, quæ expurgatione indigeant, illis Epiſcopi, & Inquiſitores, una cum Theologorum Catholicorum conſilio, ſublatis aut emendatis, permittantur.

REGULA VI.

Libri vulgari idiomate de controverſiis inter Catholicos & Hæreticos noſtri temporis diſſe-

[a] *Conſule Indicem.*

ſferentes, non paſſim per-
ittantur: ſed idem de iis
vetur, quod de Bibliis vul-
ri lingua ſcriptis ſtatutum
. Qui vero de ratione be-
vivendi, contemplandi,
nfitendi, ac ſimilibus ar-
mentis, vulgari ſermone
nſcripti ſunt, ſi ſanam do-
inam contineant, non eſt
r prohibeantur; ſicut nec
mones populares vulgari
gua habiti. Quod ſi ha
enus in aliquo Regno vel
ovincia aliqui libri ſunt
ohibiti, quod nonnulla
ntinerent quæ ſine delectu
omnibus legi non expe-
it, ſi eorum auctores Ca-
olici ſunt, poſtquam emen-
ti fuerunt, permitti ab E-
ſcopo & Inquiſitore pote-
nt.

REGVLA VII.

Libri, qui res laſcivas ſeu
ſcœnas ex profeſſo tra-
ant, narrant, aut docent,
m non ſolum fidei, ſed &
orum, qui hujuſmodi li-
orum lectione facile cor-
mpi ſolent, ratio habenda
, omnino prohibentur; &
i eos habuerint, ſevere ab
iſcopis puniantur. Anti-
i vero ab Ethnicis conſcri-
, propter ſermonis ele-
ntiam & proprietatem per-
ttuntur: nulla tamen ra-
ne pueris prælegendi e-
nt.

REGVLA VIII.

Libri, quorum principale
gumentum bonum eſt, in
ibus tamen obiter aliqua
erta ſunt, quæ ad hæreſin,
impietatem, divinatio-
m, ſeu ſuperſtitionem ſpe-
ctant, à Catholicis Theologis, Inquiſitionis generalis auctoritate expurgati concedi poſſint. Idem judicium ſit de prologis, ſummariis, ſeu annotationibus quæ à damnatis auctoribus libris non damnatis, appoſitæ ſunt: ſed poſthac non niſi emendati excudantur.

REGVLA IX.

a Libri omnes & ſcripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Aëromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, ſive in quibus continentur ſortilegia, veneficia, auguria, auſpicia, incantationes artis magicæ, prorſus rejiciuntur. Epiſcopi vero diligenter provideant, ne aſtrologiæ judiciariæ libri, tractatus, indices, legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus, ſucceſſibus, fortuitiſve caſibus aut iis actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certi aliquid eventurum affirmare audent. Permittuntur autem judicia, & naturales obſervationes, quæ navigationis, agriculturæ, ſive medicæ artis juvandæ gratia conſcripta ſunt.

REGVLA X.

In librorum, aliarumque ſcripturarum impreſſione ſervetur, quod *b* in Concilio Lateranenſi ſub Leone X, ſeſſ. 10. ſtatutum eſt. Quare, ſi in alma urbe Roma liber aliquis ſit imprimendus, per Vicarium Summi Pontificis, & Sacri Palatii Magiſtrum, vel perſonas à ſanctiſſimo Domino noſtro deputandas, prius

a *Vide Bullam Sixti* V. Cæ-
& terræ, 1586. *quâ procedi*
eſt, non modo & ipſos Epi-
pos per Ordinarios, ſed etiam *per Inquiſitores locor.*

b *Vide ſupra pag.* 1. *&* *Seſſ.* 4. *in decreto de edit. & uſu ſacr. libr.*

prius examinetur. In aliis vero locis, ad Epiſcopum, vel alium habentem ſcientiam libri vel ſcripturæ imprimendæ, ab eodem Epiſcopo deputandum, ac Inquiſitorem hæreticæ pravitatis ejus civitatis, vel diœceſis, in qua impreſſio fiet, ejus approbatio & examen pertineat, & per eorum manum propria ſubſcriptione gratis & ſine dilatione imponendam ſub pœnis & cenſuris in eodem decreto contentis approbetur: hac lege & conditione addita, ut exemplum libri imprimendi authenticum, & manu auctoris ſubſcriptum, apud examinatorem remaneat; eos vero, qui libellos manuſcriptos vulgant, niſi ante examinati probatique fuerint, iiſdem pœnis ſubjici debere judicarint Patres deputati, quibus impreſſores: & qui eos habuerint & legerint, niſi auctores prodiderint, pro auctoribus habeantur. Ipſa vero hujuſmodi librorum probatio in ſcriptis detur, & in fronte libri vel ſcripti vel impreſſi authentice appareat, probatioque & examen, ac cetera gratis fiant. Præterea in ſingulis civitatibus ac diœceſibus, domus vel loci, ubi ars impreſſoria exercetur, & bibliothecæ librorum venalium ſæpius viſitentur à perſonis ad id deputandis ab Epiſcopo, ſive ejus Vicario, atque etiam ab Inquiſitore hæreticæ pravitatis, ut nihil eorum quæ prohibentur aut imprimatur, aut vendatur, aut habeatur. Omnes vero librarii, & quicumque librorum venditores habeant in ſuis bibliothecis indicem librorum venalium, quos habent, cum ſubſcriptions dictarum perſonarum,

nec alios libros habeant, a
vendant, aut quacumque r
tione tradant, ſine licent
eorumdem deputandorum
ſub pœna amiſſionis libr
rum, & aliis arbitrio Ep
ſcoporum, vel Inquiſitoru
imponendis. Emptores v
ro, lectores. vel impreſſ
res, eorumdem arbitrio p
niantur. Quod ſi aliqui l
bros quoſcumque in aliqua
civitatem introducant, t
neantur eiſdem perſonis d
putandis renuntiare: vel,
locus publicus mercibus
juſmodi conſtitutus ſit, m
niſtri publici ejus loci pra
dictis perſonis ſignificent l
bros eſſe adductos. Nem
vero audeat librum, que
ipſe vel alius in civitatem in
troduxit alicui legendum tr
dere, vel aliqua ratione alie
nare, aut commodare, ni
oſtenſo prius libro, & habit
licentia à perſonis deputan
dis, aut niſi notorie conſte
librum jam eſſe omnibus per
miſſum. Idem quoque ſer
vetur ab heredibus & execu
toribus ultimarum volunta
tum, ut libros à defunctis re
lictos, ſive eorum indicen
illis perſonis deputandis of
ferant, & ab iis licentian
obtineant, priuſquam ei
utantur, aut in alias perſo
nas quacumque ratione trans
ferant. In his autem omni
bus & ſingulis pœna ſtatua
tur, vel amiſſionis librorum
vel alia, arbitrio eorumden
Epiſcoporum, vel Inquiſito
rum, pro qualitate contu
maciæ vel delicti.

Circa vero libros, quos pa
tres deputati examinarunt
aut expurgarunt, aut expur
gandos tradiderunt, aut cer
tis conditionibus, ut rurſus
excuderentur, conceſſerunt,
quidquid illos ſtatuiſſe con-

ſtite-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

…erit, tam bibliopolæ, quam …eri obſervent. Liberum …nen ſit Epiſcopis aut In…iſitoribus generalibus, ſe…ndum facultatem quam …bent, eos etiam libros, …i his regulis permitti vi…ntur, prohibere, ſi hoc in …s regnis, aut provinciis, …l diœceſibus expedire judi…verint. Cæterum nomina, …m librorum qui à Patribus …putatis purgati ſunt, tum …rum quibus illi hanc pro…nciam dederunt, eorum…m deputatorum Secretarius …tario Sacræ univerſalis In…iſitionis Romanæ deſcripta …nctiſſimi Domini noſtri …ſu tradidit.

Ad extremum vero omnibus fidelibus præcipitur, ne quis audeat contra harum regularum præſcriptum, aut hujus Indicis prohibitionem libros aliquos legere aut habere. Quod ſi quis libros hæreticorum, vel cujuſvis auctoris ſcripta, ob hereſin, vel ob falſi dogmatis ſuſpicionem damnata atque prohibita, legerit, ſive habuerit, ſtatim in excommunicationis ſententiam incurrat. Qui vero libros alio nomine interdictos legerit, aut habuerit, præter peccati mortalis reatum, quo afficitur, judicio Epiſcoporum ſevere puniatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

ORATIO
HABITA IN SESSIONE NONA ET VLTIMA
SACRI CONCILII TRIDENTINI.

Celebrata duobus continuis diebus, tertia & quarta Decemb. MDLXIII, PIO IV. PONT. MAX.

A. R. P. D. Hieronymo Ragazano Veneto, Epiſcopo Nazianzeno, & Coadjutore Famauguſtano.

Hic ſummatim recenſentur omnia in Concilio Tridentino definita, quæ & ad pie credendum, & ad bene vivendum pertinent.

AVdite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Tridentinum Concilium jam diu cœptum, aliquando intermiſſum, diſtractum varie atque divulſum, nunc demum, ſingulari Dei omnipotentis beneficio, ſumma atque incredibili omnium ordinum ac nationum voluntate connectitur atque perficitur. Dies hæc quidem feliciſſima Chriſtiano populo illuxit, in qua templum Domini diſturbatum frequenter ac diſſipatum reficitur, & abſolvitur: & navis hæc una bonorum omnium ex maximis ac diuturnis turbinibus atque fluctibus tuta in portu collocatur: quam utinam conſcendere nobiſcum ii voluiſſent, quorum in primis gratia hæc ipſa navigatio inſtituta fuit: atque ædificii hujus conſtruendi participes exſiſterent, qui hoc nobis negotium exhibuerunt: majoris nunc profecto lætitiæ cauſam haberemus. Sed noſtra id certe culpa non accidit.

Nos urbem hanc in Germaniæ faucibus, id eſt, in domo illorum fere limine poſitam elegimus: nos cuſtodiam nullam nobis, ne ſuſpicionem illi aliquam minus liberi loci daremus, adhibuimus: nos eam fidem publicam illis conceſſimus, quam ſibi ipſi compoſuerunt: nos hic illos perdiu exſpectavimus; neque hortari ac rogare umquam deſtitimus ut ad veritatis lucem cognoſcendam accederent. Verum illis etiam abſentibus, ſatis ut puto, à nobis conſultum eſt. Etenim cum duo eſſent in quibus ægris atque infirmis illorum animis medicina fuit adhibenda: alterum fidei Catholicæ, ac vere Evangelicæ, illi in rebus quæ in dubium ab ipſis vocantur, quæque opportunæ his temporibus viderentur, explicata & confirmata, diſjectis omnibus ac diſſipatis errorum tenebris, doctrina: alterum diſciplinæ eccleſiaſticæ, cujus potiſſimum depravatione illi ſe à nobis defeciſſe affirmant,

reſti-

…tutio : utrumque , quan-
… in nobis fuit , pro tempo-
… horum ratione , cumulate
…ditimus.
…rincipio enim ſancta hæc
…odus (facta , ex laudabili
…orum noſtrorum conſuetu-
…e , ſuæ fidei profeſſione) ut
…ldam quaſi fundamentum
…ris actionibus poneret , &
…us teſtimoniis atque præ-
…s in dogmatibus ſancien-
…itendum eſſet , oſtenderet ,
…ris ac novi Teſtamenti li
… , qui eſſent ſine ulla dubi-
…one recipiendi , antiquorum
…iliorum probatiſſimorum
…plo , pie & prudenter enu-
…avit : ac , ne de verbis qui-
… ulla ex variis verſionibus
… poſſet difficultas , certam
…efinitam de Græcis & He-
…is tranſlationem approba-
… Hinc omnium hæreſum
…t atque arcem aggrediens ,
…humanæ naturæ corruptis
…iis ea ſtatuit , quæ veritas
… , ſi loqui poſſet , exprimeret.
…juſtificatione deinceps (res
…na , & cum ab antiquis ,
… à noſtri temporis hæreticis
…um in modum oppugnata)
…efinivit , quibus & perni-
…ſſimis eo in genere opinio-
…s occurreretur ; & recte
…iendi ratio miro quodam
…e , atque admirabili ſa-
…tia (ut in illis Dei Spiri-
… facile agnoſcas) demon-
…etur. Præſtantiſſimo hoc
… hominum memoriam de-
…o hæreſes ferè univerſæ ju-
…ntur , & , quaſi caligo So-
…diſcutiuntur ac diſpellun-
… : eaque claritas , iſque ſplen-
…veritatis apparet , ut , tam
… lumen quin videat , diſſi-
…are jam nemo poſſit. Sub-
…ta eſt ſalutaris ſeptem di-
…orum Eccleſiæ Sacramento-
… tractatio : primum ſimul de omnibus , poſt de unoquoque ſeparatim. Hic vero quis non videt , quam diſtincte , explicate , abundanter , illuminate , & (quod caput eſt) vere tota cæleſtium horum myſteriorum ratio contineatur ? Quis in tam magna multiplicique doctrina , quid aut ſequendum , aut fugiendum ſit , poteſt ullo modo deſiderare ? Quis in illis omnibus errandi locum aut occaſionem inveniet ? Quis denique de Sacramentorum horum vi atque virtute dubitare in poſterum poterit ? cum gratiam illam , quæ illis ipſis quibuſdam quaſi ſtillicidiis in fidelium quotidie mentes illabitur , tunc nobis adfuiſſe tam copioſe perſpiciatur ? Acceſſerunt ad hæc de ſacroſancto Miſſæ ſacrificio , & de Communione ſub utraque ſpecie , & parvulorum , decreta : quibus quidem nihil ſanctius , nihil utilius , ut de cœlo lapſa , non ab hominibus compoſita videantur. Adjungetur his hodie certa de Indulgentiis , de Purgatorio , de Sanctorum Veneratione , Invocatione , Imaginibus , & Reliquiis doctrina , qua non ſolum hæreticorum fraudibus & calumniis obſiſtetur , ſed piorum etiam Catholicorum conſcientiis plane ſatisfiet.

Hæc de rebus ad ſalutem noſtram pertinentibus , quæ dogmata appellantur , fauſte ac feliciter erunt peracta : neque aliud quidquam præterea eo in genere à nobis hoc tempore exſpectabitur.

In eorum autem quibuſdam adminiſtrandis cum nonnulla eſſent quæ non rite omnino ac recte ſervarentur ; accuratiſſime , Patres ampliſſimi , curaſtis , ut pure illa , & caſte , atque ex more inſtitu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

toque Majorum tractarentur. Ita omnem ſuperſtitionem, omnem quæſtum, omnem (ut dicunt) irreverentiam à divina Miſſarum celebratione abſtuliſtis: vagis, ignotis & criminoſis ſacerdotibus ſanctum hoc offerre ſacrificium interdixiſtis: rei hujus ſacratiſſimæ uſum à privatis domibus & profanis, in ſacra & religioſa loca revocaſtis: molliores cantus & ſymphonias, deambulationes, colloquia, negotiationes à templo Domini ſummoviſtis. Ita eccleſiaſtico unicuique gradui leges illæ à vobis præſcriptæ ſunt, ut tradito illis divinitus ordine, abutendi nullus utique locus relinquatur. Ita nonnulli Matrimonii impedimenta, quæ anſam quaſi quamdam ad violanda Eccleſiæ præcepta dare videbantur, removiſtis; facilem veniæ conſequendæ viam, minus legitime connubii fœdus ineuntibus, intercluſiſtis. Quid de furtivis tenebricoſiſque matrimoniis commemorem: Equidem ita ſentio, ſi alia nulla cauſa convocandi Concilium fuiſſet (quæ multæ & maximæ fuerunt,) propter unam hanc id omnino fuiſſe faciendum. Nam cum res hæc ad omnes ſpectet, neque ullus in orbe terrarum univerſo angulus reperiatur, quem labes hæc non invaſerit; curandum merito fuiſſet, ut communi huic malo communi etiam conſilio provideretur. Innumerabilium, Patres ſanctiſſimi, & graviſſimorum delictorum ac ſcelerum occaſio, prudentiſſima iſta veſtra ac prope divina ſanctione penitus ablata eſt, & Chriſtianæ reip. gubernationi ſapientiſſime conſultum. Accedet ad hæc utilis in primis ac neceſſaria multorum in Purgatorii,

*Sanctorum Venerationis, In
cationis, Imaginum, &
quiarum atque etiam I
gentiarum ratione abuſu
terdictio, qui rerum ip
pulcherrimam faciem inq
re atque turpare mirum i
dum videbantur.*

*Altera vero pars, in q
labenti ac prope cadenti
ſiaſtica diſciplina fulciend
agendum, diligentiſſime
abſoluta fuit, atque perf
Eligentur in poſterum ad
ſiaſtica munera obeunda
virtute, non ambitione
ſtent; quique populi comm
non ſuis inſerviant: & pr
potius quam præſint. Enu
bitur atque explanabitur
quentius, & ſtudioſius ver
Domini, omni ancipite
dio penetrantius.*

*Aderunt ſuis gregibus
invigilabunt Epiſcopi, ca
que, quibus animarum
commiſſa eſt; neque extra
ditam ſibi cuſtodiam vaga
tur. Nihil cuiquam prode
aut ad impure & flagitioſe
vendum, aut ad male &
nicioſe docendum privile
nullum ſine pœna crimen, n
ſine præmio virtus relinque
Pauperum & mendicant
ſacerdotum multitudini opt
proviſum eſt: certæ unuſq
que eccleſiæ, ſtatutoque op
unde ali poſſit, adſcribetur.*

*Avaritia, quo nullum
tium eſt teterius, præſertim
domo dei, ab ea omnino to
tur: gratis Sacramenta omn
ut par eſt, conferentur. Ex
eccleſia plures, ex pluribus u
ut populi commodum & ra
poſtulabit, conſtituetur. El
moſynarum quæſtores (ut app
lant) qui ſua, non quæ IES
Chriſti, quærentes, magn
noſtræ religioni damnum,*

gna

infamiam afferebant; mni hominum memoria d ſummæ felicitatis loco dum eſt) penitus evellen- Hinc noſtra præſens cala- ſumpſit exordium: hinc e infinitum malum, ma- ue in dies latius non deſi- : neque occurri illi adhuc rum Conciliorum cautio- ac proviſionibus potuit. obrem quis non niſi ſa- ßime factum dixerit, ut orum hoc, in quo ſanan- u ac multum fruſtra labo- eſt, ne reliquo corpori t, excideretur?

ro Deo cultus tribuetur & accuratius, atque ita runt vaſa Domini, mun- tur, ut ad ſui imitatio- lios trahant. In quo præ- illud fuit excogitatum, ui ſacris eſſent initiandi, toribus atque litteris in aque Eccleſia à prima inſtituerentur, ut quod- quaſi virtutum omnium arium illud exſiſteret. vero provincialibus Sy- reſtitutis, Viſitationibus pulorum utilitatem, non erelam & ſumptum re- tis: Tradita Paſtoribus di ſuos, atque paſcendi odius facultate: Pœni- publica in uſum renova- Hoſpitalitate tum eccle- is hominibus, tum piis ndicta: In Curatis ſacer- conferendis memorabili, ne cæleſti ratione conſti- Beneficiorum (ut ajunt) itate ſublata: Heredita- ſanctuarii Dei poſſeßione bita: Modo excommuni- ibus impoſito ac termi- : Primis judiciis iis in ubi lites oriuntur, aßi- s: Singularibus certa- bus interdictis: Omnium hominum ac ſacrorum in primis luxuriæ, cupiditati, atque licentiæ freno quaſi quodam, quod excuti non facile poßit, injecto: Regibus ac Principibus ſui muneris diligenter admonitis: aliiſque rebus hujuſmodi prudentißimè ſancitis: quis non videt veſtras vos, P. P. optimi, hac etiam in re partes cumulatißime executos? Actum ſæpe eſt in ſuperioribus Conciliis de fide noſtra explicanda, moribuſque corrigendis: ſed neſcio, an umquam diligentius, atque diſtinctius. Hic præſertim hoc biennio, ex omnium populorum, ac nationum, in quibus Catholicæ religionis veritas agnoſcitur, non ſolum Patres, ſed Oratores habuimus. At quos viros? Si doctrinam ſpectemus, erudițißimos; ſi uſum, peritißimos; ſi ingenia, perſpicacißimos; ſi pietatem, religioſißimos; ſi vitam, innocentißimos. Numerus is quoque fuit, ut, ſi præſentes Chriſtiani orbis conſiderentur anguſtiæ, frequentißima hac omnium, quæ antea fuerunt, Synodus appareat. Hic ſingula omnium vulnera detecta, mores expoſiti fuere: nihil dißimulatum eſt. noſtrorum adverſariorum argumenta, & rationes ita tractatæ, ut eorum tum cauſa, non noſtra, agi videretur. Tertium nonnulla, atque etiam 'quartum diſcuſſa: ſumma ſæpe contentione certatum: eo ſcilicet conſilio, ut, quemadmodum igne aurum, ita quibuſdam quaſi luctationibus, veritatis vires ac nervi probarentur. Quæ enim inter idem ſentientes, idemque ſpectantes, diſcordia potuit exſiſtere?

Quæ cum ita ſint, licet optandum (ut initio dicebam) ſum-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
145 F 25

ſummopere fuiſſet, ut una cum illis hæc agerentur quorum potiſſimum cauſa tractata ſunt: abſentium tamen etiam incolumitati atque ſaluti ita proviſum eſt, ut alia ratione provideri, ſi adfuiſſent, non potuiſſe videatur. Legant illi quæ de fide noſtra ſtatuimus, ut Chriſtianum hominem decet, humiliter: & ſi lumen eis aliquod fulſerit, ne faciem avertant: &, ſi vocem Domini audierint, corda ſua non obdurent. Ac ſi ad communem matris Eccleſiæ complexum, unde ſe illi diſtraxerunt, redire voluerint, clementiam ſibi omnem ac miſericordiam tribuendam non dubitent. Sed præcipua illa ratio eſt, P. A. diſſentientes à nobis animos conciliandi; conſentientes in fide atque officio retinendi: ſi, quæ hoc in loco verbis ſancivimus, re ipſa in noſtris eccleſiis præſtemus. Leges etſi optimæ ſunt, muta tamen res eſt. Quid Hebræo populo Dei ipſius ore latæ leges profuerunt? Quid Lycurgi Leges Lacedæmoniis; Solonis Athenienſibus, ad libertatem retinendam, quam ob cauſam erant conſcriptæ, utilitatis attulere? Sed cur externa, atque antiqua nimis commemoro? Quæ ad bene beateque vivendum inſtituta atque præcepta ex unius Chriſti Domini noſtri vita atque doctrina deſiderare aut poſſumus, aut debemus? Quid idem fuit à majoribus noſtris omiſſum, quod cum ad recte ſentiendum, tum ad præclare agendum pertineret? Medicamentum quidem ſalutare compoſitum ac paratum jamdiu habemus: verum, ſi morbum debet expellere, ſumendum eſt, ac per venas in omne corpus diffun-

dendum. Poculo hoc ſ[...]
nos primum inebriemur, [...]
riſſimi, & vivæ atque lo[...]
tes leges ſimus; & n[...]
quaſi quædam ac regula [...]
quam aliorum actiones [...]
dia dirigantur: atque it[...]
unuſquiſque perſuadeat, [...]
Chriſtianæ reip. commodo [...]
gnitate ſucceſſorum, niſi e[...]
tum in ſe ſit, ſtudioſe præſt[...]
Id curandum nobis cum [...]
tea fuit; tum multo erit i[...]
ſterum accuratius. Etenim [...]
magiſtri noſtri ac Salv[...]
exemplo facere prius de[...]
mus, quam docere: poſt[...]
docuimus, quin faciamus [...]
eſſe poterit excuſatio? [...]
ferre nos ac pati poteri[...]
cum non furandum eſſe de[...]
ſtraverimus, ipſi furemur [...]
cum non mœchandum, mœ[...]
mur? Sanctos à ſancto C[...]
lio; innocentes atque in[...]
ab integritatis præceptis [...]
nocentiæ; firmos in fide a[...]
conſtantes à fidei noſtræ fi[...]
ta doctrina diſcedere mi[...]
convenit. Ac tales qu[...]
exſpectant nos populi no[...]
qui noſtrum jamdiu redi[...]
ſuſtinentes, ea ſe ipſi ra[...]
conſolabantur, fore, ut [...]
temporis uſuram majori [...]
ſentes ſtudio ſarciremus. [...]
fiet id à vobis, ut ſpero, [...]
tres ſanctiſſimi, diligenter [...]
quemadmodum hoc in loc[...]
ciſtis, ita etiam domi ſatis [...]
atque hominibus facietis. N[...]
